

John Carter Brown.

This book is not on the list of
Rich or Ternaux — nor
Harvard College

Jan 7. 1845.

COLUMBUS. Laurentii gambaræ Brisciani De navigatione Christophori Colombi. libri 10, 8vo. fine copy. *Very rare.* Romæ1581.

*** This Historical Poem on the Voyage of Columbus and his discovery of America is very interesting : much matter relative to the natives, &c. of America is here, which is not to be found in other treatises ; upwards of one hundred pages is devoted to this subject alone, then follows his other Poems.

LAVRENTII GAMBARAE BRIXIANI

De nauigatione Chriſtophori Columbi libri quattuor.

Ad Antonium Perenottum Cardinalem Granuellanum.

R O M AE,
Apud Franciſcum Zannettum.
M D LXXXI.

Est S. Petri de Perugia.

ANTONIO PERENOTTO CARDINALI GRAN'VELLANO.

JOHN CARTER BROWN

Laurentius Gambara Brixianus Sal.

NOVI Orbis Chriſtiani poema tuo nomini dicatũ mitto ad te, Cardinalis ampliſſime, quod ab excellentiſſimo, eodemq. prudentiſſimo Nicolao patre tuo, atq. a te ipſo potius, quã a me prodit in lucem. Tu enim eo tẽpore, quo deuictis Afris, Turciſq. profligatis, Carolus Imperator Neapolim venit, ſæpe mihi memorando iucundiſſimã ſimul, ac Chriſtianæ reip. vtiliſſimam Chriſtophori Columbi nauigationẽ, in qua multas regiones a noſtro orbe longiſſime diſiunctas, eaſq. & fertiliſſimas, & opulentiſſimas, priſciſq. ignotas inuenit; hortatus es, atq.

adeo pro iure tuo, vt ea Latinis verſibus conſcriberem, iuſſiſti. Quæ ſane nauigatio eo verior exiſtimanda eſt, quod ab ipſomet Columbo prȩclariſſimo auctore pater tuus eá accepit, cũ eſſet Barcinonæ, atq. aliquot poſt annos maximo ipſi Cæſari Carolo Quinto ſumma cum eius voluptate narrauit: quo tempore omnia & Imperij, & Regnorum eius negotia primus a conſilijs adminiſtrabat, eiuſq. ſigillorum cuſtos erat: in cuius demortui locum, cum ab eodem Carolo (qui te ſemper maximi fecit) tu adhuc fere adoleſcés ſubrogatus fuiſſes, ſummaq. eo ſuperſtite negotia obiuiſſes; tum Philippus Rex Catholicus, Caroli Quinti filius te ſemper ad maxima quæq. munera adhibuit, ac cũ poſtremo Neapoli Prorex ſumma tua cũ laude diu fueris, deinde ante bienniũ in Hiſpaniã ab ipſo

Rege euocatus, non ſolum Italas, & Belgicas, verum etiam plurimas alias res indefeſſo illo, & prudentiſſimo tuo pectore adminiſtras. Ergo rerum adeo mirabilium ab ipſomet auctore explicata narratio calcar mihi addidit, vt poſteritati veriſſimam, & admirabilē hiſtoriam, abiectis fabuloſis alijs poematibuſ, longis verſib. ſcriptam relinquerem. Ita enim putaui fore, vt & facilius memoria retineretur, atq. animis altius infixa mentes omnium accenderet ad commendandam diuinæ poteſtatis gloriá, cuius vi Columbus, (qui originem duxit a Pelleſtrellis Placentinis; quæ familia nobilis eſt: natus Cugureo, quod caſtrum eſt in territorio Genuenſi) tam inſigne facinus effecit. Cæterum quod ad me attinet, opus ipſe hoc tam arduum, & difficile, viribuſq. meis impar te monente

inchoaui,& Chriſto IESV Domino aſpirante abſolui: qui longe lateq. ſanctiſſimum ſuum nomẽ, vbi nunquam antea auditum fuerat, hac mundi nouiſſima ætate, immenſa illa ſua prouidẽtia voluit propagari; ac certe, quod ipſe prædixerat de annuntiando per vniuerſum terrarũ orbem Euangelio, id noſtro hoc ſæculo factũ cernimus: ac proinde firmius in reliquis fidei noſtræ certiſſimis articulis corroborari debemus. Chriſtus igitur tibi materiã, & deſiderium, mihi autem vires ad hoc poema conficiendum largitus eſt. Quamobrem quiſquis hæc leget, ſiquid inde fructus percipietur, Deo quidem in primis, ac deinde tibi acceptum referet, cui omnia hæc merito dicata fuiſſe intelliget.

Argumentum in libros de na uigatione Chriſtophori Columbi.

CHRISTOPHORVS Columbus Ligur tribus nauibus omni armamentorum genere ceterisq. rebus inſtructis a Ferdinando Hiſpaniæ Rege ad quærẽdas nouas terras acceptis, a Gadibus per immenſum Oceanum ſoluens, ad Fortunatas primum, deinde ad alias incognitas inſulas ſub Cancri ſidere iacentes peruenit; poſtea Guananaim, vbi grato accepti fuere hoſpitio; eaq. relicta, multas alias inuenit, tendensq. ad Cubam, quã cum aduerſa tempeſtate repulſus tenere non potuiſſet, Quiqueiam appulit, vbi a Rege benigne exceptus hiemauit. Primo autem Vere locum opere muniuit, in quo relictos a ſe milites Regi commendauit: remenſoq. Oceano in Hiſpaniam reuerſus Regi Ferdinando de inuentis a ſe inſulis, auriq. copia, quod inde effoditur, quidquid compertum haberet renũtiauit. Quę Rex audiẽs, qui Barcinonæ cõmorabatur, illũ nouæ claſſi præfecit, in quã omnis generis artifices, qui ad eam rẽ neceſſarij viſi ſunt, impoſuit. Columbus Oceanũ ingreſſus diuerſum iter tenuit, Cannibalumq. atq. alias aliorum inſulas præteruectus, tandem Quiqueiam appulit, ſociosque, quos ibi reliquerat, omnes ad vnum occiſos comperit: quorum necem, ne in ſe populorum animos concitaret, mi-

 nime

nime (quod dolor ſuadebat) eſt vltus. In portum omnium tutiſſimum claſſem condidit, terrasq. nouas quærens, viſæ a ſe Cubæ alteram, quæ ad meridiem ſpectat, oram tribus nauibus legens, longitudine itineris deterritus (oblonga enim eſt inſula) retro curſum vertens Iamaicam patefecit: qua relicta meridionale Quiqueiæ latus radens explorauit, vbi & portum reperit, cui diui Nicolai nomen impoſuit. Illic relictis nauibus, cum ad Cannibalum ferũ genus, qui maria illa prædabantur, expugnandum ſe compararet, valetudine, qua aduerſa vſus eſt, retardatus, in Iſabella vrbe a ſe conſtructa commoratur. Mox Hoiedam obſidione liberat: Regemque Caunaboam vna cum fratre cepit, atq. in naues, vt in Hiſpaniam eos ſecum duceret, impoſuit: illi vero dolore contabuerunt. Columbus nouis nauibus ædificatis, commiſſa fratri rerum omnium adminiſtratione, in Hiſpaniam reuertitur: vnde rurſus cum claſſe ad nouas terras inueſtigandas a Rege Ferdinando miſſus, quinq. naues Quiqueiam verſus miſit, tribus ipſe ad meridiẽ curſum conuertens ad inſulas Heſperidas peruenit: inde vero cæli intemperie pulſus, Quinctili menſe nauigãs immenſo calore pene cum ſocijs exuſtus, cum altius aſcendere per mare videretur, tandem ad Pariam eſt delatus, vbi plures portus, ac flumina, nouasq. gentes offendunt, ingentemq. maris fluxum, dulcesq. in mari aquas admirati ſunt: Vinum rubicundum, nõ ex vuis expreſſum, ſed ex pomis confectum, palato non iniucundum inuenerunt. In ea ſunt Cumana, Manacumana, & Curiana inſulæ: ex quibus tandem Qui-

Quiqueiam eſt reuerſus. Inde vero coniectus in vincula cum fratre in Hiſpaniam eſt miſſus. Quod cum Rex Ferdinandus ægre ferret, ſimul ac Gades appulerunt, eos diſſolui iuſſit: quartoq. eum quattuor nauibus præficiens, ad nouas item terras quærendas miſit. Is ad occidentem ſolem nauigans, Ganaſſam, & Quiritanam patefecit, fertilesq. agros, ac nouas nationes inuenit: quarum mores, loca, varia animalia, leuiaq. prælia, & tandem incolumis eorum in Hiſpaniam reditus deſcribuntur.

LAVRENTII GAMBARAE BRIXIANI

De nauigatione Chriſtophori Columbi liber primus.

MAEONIO cum ſit celebrari carmine dignus
Chriſtophorus, magnæ qui primus littora Cubæ
Attigit, & primus noſtris incognita nautis
Aequora, depreſſumq. polum, nouaq. aſtra retexit,
Et ter felices Cancri ſub ſidere terras:
ANTONI PERENOTTE ſacri pars magna Senatus
Accipe quæ quondam iuſſiſti carmina, ab Afris
Cum domitis Cæſar dulcem, claramq. rediſſet
Parthenopen victor: qui forti milite denſas
Tot Turcarum acies validis ſuperauerat armis:
Et pulſum Regem regnis induxit auitis.
Te Carolus ſemper magno eſt dignatus honore:
Namq. tibi curam ſoli commiſerat omnem
Regnorum, Imperijq. ſimul, bellique, togæq.
Tempore. nunc breuiter memorabo quæ genitori
Rettulit ipſe tuo longe admiranda Columbus
Poſt lautas epulas, & menſæ dona ſecundæ.
Iam cælum & terras tenebroſa inuoluerat vmbra
Humida nox, famulumq. manus, cunctiq. ſilebant
Ductores, & erant menſis ſublata ſecundis
Pocula iam, ſolitoq. pius de more ſacerdos

Egerat

Egerat ingentes ſubmiſſo vertice grates
Aeterno cęli & terrę, rerumq. parenti,
Cum GRANVELLANVS *cœpit: Memora mihi gentes*
Inuentas a te, dic regna, tuoſq. labores,
Chriſtophore, & ſileant vates memorare Pelaſgi
Innumeros terræ tractus luſtraſſe, viaſque:
Alcidem, Bacchumq. Indos penetraſſe, ſua quas
Purpurea exoriens terras Sol luce retexit.
Felix Auſoniæ tellus, cui contigit vni
Terrarum Imperium cunctarum, nunc quoq. felix,
Quæ talem te læta tulit ſub luminis oras,
Cui Deus omnipotens alto dignatus olympo eſt
Tot pelagi monſtrare vias, tot regna, tot vrbes
Egregias, quas maiorum non viderat ætas.
Per te nam poſitæ Cancri ſub ſidere gentes
Vnumq. trinumq. Deum agnouere, repulſis
Numinibus, veri quę gens ignara colebat:
Quos omnes noſtri tinxere ſalubribus vndis.
Frondeſcent dum vere nouo, Tauriq. ſub ortu
Stellantis nemora, & partus non terra negabit
Alma ſuos, dum purpureis e collibus vuas
Vinitor ipſe leget, metet hordea grandia meſſor,
Notus eris fama æternum, qua præcipitans Sol
Inuiſit gentes alias, & qua redit ad nos,
Et cæli molem hanc reuoluta luce reuiſit.
Tunc Ligur innixus ſolio ſic fatur acerno:
Quod petis vt narrem populos, inuentaq. nuper
Tot maria, & noſtris incognita ſidera nautis,
Expediam, nec te longo ſermone tenebo:
Nec mihi res memorare leues, nec cuncta referre
Mens eſt, atq. oras tantarum euoluere rerum,

Dicere

Dicere non mores hominum, non oppida poſſum,
Et loca, & æquoreos tractus, quos non ego vidi.
Sed referam quæ cauſa animum iuſtiſſima noſtrum
Mouerit hos tentare ſinus, quos alluit ingens
Oceanus, fluctuq. ferit, pelagoq. reuincit:
Ne videar tantos fruſtra ſubiiſſe labores.
Hanc cęli molem immenſam, & ſpatia ardua zonæ
Quinq. tenent, quarum mediam Sol lampade torret
Aſſidua, radiiſq. coquit (ſic priſca vetuſtas
Credidit) extremæ ſcelerato frigore torpent,
Perpetuiſq. rigent niuibus, glacieq. perenni.
Non illis ęſtas vlla eſt, redoletve nouum Ver
Floribus, aut illic pręceps autumnus aprico
Colle rubet. nix alta tegit iuga celſa, tenetq.
Planitiem, ſiluaſque, ſuos non flumina trudunt
In mare perpetuos curſus: ſilet aura, nemuſq.
Fronde carens. fruſtra ſiluis intenderet altis,
Aut alta conualle plagas venator Orion.
Hic mare non notum nautis: has inter vtraſq.
Et mediam tantum colimus nos maxima regna.
Hæc ſibi iam pridem veterum ſolertia finxit,
Sideribuſq. dedit nomen, centumq. locauit
Monſtra polo, & poſitas varia ſub imagine formas;
Quæ lætas ſegetes, & amicos inſuper imbres
Agricolis perſępe ſolent prædicere, & annos,
In quibus aut ingens ſegetum, aut penuria vini eſt.
Sed mundi (nec vana fides) primordia dicam.
Principio Deus omnipotens cum conderet aſtra,
Fulgenteſq. poli ſedes, ſpatia ardua cæli,
Solemque, Lunæq. globum, noctemq. diemque:
Ille idem terram e nihilo, pontumq. creauit,

mpleuitq. feris terras, & piſcibus altum
æquor, aueſq. ſimul ſiluis immiſit opacis:
Mox hominem proprijs manibus fabricator olympi
ffinxit facili ex limo, prçſenſq. recentem
lli inſpirauit vitam, terramq. patentem
llius imperio ſubiecit, & humida regna.
Credere nec dignum eſt ipſum feciſſe vacantes
ot pelagi immenſos tractus, tot inhoſpita regna,
t mundi liquiſſe duas habitabilis oras.
Inſuper Aethiopum gens totum nota per orbem eſt,
tq. Arabum, nec non populorum, qui loca zonæ
uæ media eſt tepidas inter, quam torret iniquis
ol radijs, non poſſe gelu perferre, nec æſtus
errarum, pelagiq. genus mortale putabat
etas priſca hominum quondam: quæ vana fuerunt
omnia. nam iuuenis virtus ſpectata ſub armis
ellæi haud potuit longum differre, morarique:
tq. rei veterem famam, dubiumq. remouit.
lle etenim valido formauit remige claſſem,
legitq. duces aſſuetos vincere ſemper
ellando, iuſſitq. nouas inuiſere terras,
uiq. ſinus magni Oceani Auſtrum inter & Eurum,
etegerent. qui dum ſulcarent inuia quondam
æquora, terrarum tractus videre per æquor,
n quorum medio poſita eſt Taprobana, læti
iues agri, diues gemmarum, aurique, boumque,
tq. frequens late populis, corruptaq. nullo
eris infecti vitio. ſed quærere teſtes
antarum haud opus eſt rerum: namq. æquoris æſtus
rentis Libyæ ſulcarunt fortibus alnis
am Luſitani, fundaruntq. oppida, & vrbes,

Atque

Atq. nouos tractus pelagi inuenere, nouamq.
Tellurem, populoſq. alios felicibus auſis.
Ipſe ego iam Lybiæ ſulcaui puppibus vndas,
Guineamq. adij gemmarum auriq. feracem.
Quid memorem populũ vndantem, quẽ Scandia miſit
Frigida in has partes, quas tunc vaſtauit, & igni
Tradidit, & præda in patriam remeauit opima?
Extremiq. Scythę montes liquere ſupremos
Mongalli, atq. armis Aſiam domuere, tenentq.
Imperio quaſdam partes. Iſlandia ponto
Oceani vaſto eſt, rigida & porrecta ſub Vrſa,
Perq. dies multos diſtans a littore Thule:
Acceſſi has olim partes, vbi non ego uidi
Perpetuis niuibus montes albeſcere ſemper:
Non etiam hic frigus penetrale ita regnat, vt vnda
Fluminea haud poſſit gelidum ſe euoluere in æquor:
Paſcunturq. feræ ſiluas, maria aſpera Delphin
Hic ſecat, atq. lupus fluuiorum paſcitur vndis.
Innumerabilibus populis cum terra frequens ſit,
Occaſum quis nam varijs ſine gentibus eſſe,
Et ſine terrarum tractu, pelagiq. negabit?
Terræ etenim ſeptem pars eſt ſubiecta trioni,
Pars etiam ſubiecta Noto, ſubiectaq. Eoo.
Vnde aliqui veteres olim, qui non niſi partem
Nouerunt mediam hanc terræ, maris eſſe putarunt
Oceani immenſos tractus, atq. alta fluenta,
Quæ tegerent ſpatium hoc indeficientibus vndis.
Conſcia ſed veri longa experientia damnat
Hanc rem, credibilem quondam, qua præuius almum
Lucifer aduentare diem mortalibus ægris
Nuntiat, innumeras dicunt ſub Sole oriente

Oceani nautas vidiſſe per æquora terras,
Et longe diſtans a noſtro littore littus.
Has inter poſita eſt ſat multum nota Cipango,
Multarum rerum diues, nec flumina deſunt
Auroq. & varijs ſemper currentia gemmis.
Eſſe habitatum etiam quidquid Sol aureus ambit
Lumine purpureo haud dubiũ eſt : dũq. hoc mare nauta
Verberat arboribus, ſemper noua regna prius non
Viſa videt, tractusq. maris, terrasq. patentes.
Hinc etiam magni heroes belliq. domiq.
Pręclarum duxere genus: Germania teſtis,
Galliaque, & noſtris diuiſa Britannia terris,
Quiq. bibunt vndam Eridani, Rubiconis & amnem,
Vulturniq. colunt ripas, atq. Acidis oras
Trinacrij, & longe montes, littusq. Pachini.
Nunc quoq. tot proceres, habitant qui maxima regna
Europæ, ſtirpem illorum ſeſe eſſe fatentur.
Spero equidem poſt me non multo tempore nautas
Venturos, retegent ſparſas qui per mare terras,
Littus & inuenient occaſu a Solis ad ortum
Continuum, quę crediderant iam lapſa virorum
Sęcula, tot vana eſſe hominum figmenta, nec vllum
Vlterius poſſe eſſe ſolum, ſed inhoſpita tantum
Aequora, & Oceani tantum notiſſima monſtris.
Hanc igitur terramq. coli, trabibusq. profundum
Proſcindi haud dubium eſt, & quę mala frigora denſãt,
Ipſe calor laxat; paſſa eſt quæq. herba calores,
Ore ſuo hanc reficit per noctis Luna tenebras.
Nam nitidus cum Sol ſero ſub veſpere terras
Linquit, & ante oriens quam ſeſe oſtentet ab orbe
Eoo, aerios rores bibit arida tellus.

Hinc

Hinc lętæ veniunt ſegetes, & mollia campis
Gramina, & occultas vires terra alma miniſtrat
Arboribus: virgulta greges, & roſcida tondent
Paſcua, & in dumis ducit roſa nata colorem.
Hactenus vt finẽ faciam PERENOTTE loquendi
Dum cauſam expedio, quę me tentare profundum
Impulit, vt ternas Fernando a Rege carinas
Inſtructas peterem: patrijs qui nuper ab oris
Quas ſecat Heſperius procuruo flumine Bętis,
Expulerat Numidas, atq. agmina barbara victor.
Tunc ternas dedit ille rates: quas lætus ad vndam
Pallenſis portus formaui robore duro,
Pendula perq. altum conuerti carbaſa verſus
Non longe poſitas Hiſpano a littore Gades:
Cum ſiluis iam poma rubent, & collibus vua
Iam rubet, & fœtu curuatur pampinus, & cum
Trans mare, permetuens hibernos garrula Soles,
Remigio volat alarum, brumamq. niuesq.
Increpitat, tepidosq. dies adfectat hirundo,
Atq. cateruatim Mauruſia regna reuiſunt.
Nam circum facies placidi maris, & celer Eurus,
Et mitis monſtrabat iter per cęrula tutum.
Pinzones mecum vexi, qui marmora noſtra,
Atq. mare Oceanum ſulcarant abiete longa,
Et ventis hieme in media ſe opponere norant.
Vna frater erat non belli ignarus, & alto
Venturas tempeſtates prædicere, & Auſtros.
Miles erat mecum ſolitus tollerare laborem,
Militiamq. grauem, duriq. incommoda belli,
Pugnando ſub Rege, ſuis dum barbara terris
Agmina victor ouans felicibus expulit armis.

Diffic

Difficili haud curſu tranquilla per æquora Gades
Deueni. hic donis opulentum, & marmore viuo
Templum adij Chriſto extructum: cui debita feci
Vota libens, patriq. ſimul, ne regna petentem
Extera me miſerum ſineret, ſocioſq rateſq.
llidi ſcopulis, mergi ve ſub æquore vaſto:
Omnipotens pater hæc dixi, nunc dirige puppes
Has noſtras mare per tumidum, da ſiſtere portu
arbaſa noſtra, volenſq. tuo nos numine ſerua.
Et tu ſtella maris, quæ non ſe condit, vt aſtra
unctaſolent, toto effulges ſed ſemper Olympo.
ui cedit ſplendore nitens Luna, & rutilus Sol.
lle diem terris quanquam vehat, & vehat illa
idtreę noctis cæli per inania lumen.
um nos hac claſſe exigua freta mota tenemus,
ncerti quò noſtra ferant vaga lintea venti,
a noſtram hanc claſſem portus intrare, mariſq.
er tantos tutam ire ſinus. ferq. inclyta virgo
ſa viam hanc facilem miſeris, tu namq. potentem
ncilias nobis cæli, terræq. parentem.
Poſt vbi legerunt pontes, & vincula nautę,
ox celer immenſum conſcendi à Gadibus æquor,
curſum pelago intendi, qua præcipitans Sol
ciduam in Cancri vergit ſub ſidere partem,
ereum linquens cælum ſurgentibus vmbris.
Canariaſq. viam verſus tentamus, ibiq.
ammiferam legimus Teneriffem, è vertice cuius
xum ingens, altumq. globos prorumpere ad auras
immarum, & longo tractu ſplendeſcere noctem,
ęcipue Eois cum flant e partibus Euri.
arus tamen ipſe vię, nec territus vnda

 Oceani,

Oceani, aut metuens incognita ſidera nautis
Auſus vel ſtagna alta ratis proſcindere roſtra.
Sed ſummi patris auxilio confiſus, & aura,
Ad Fortunatas Euro feror alite terras:
Hic vbi mane nouo ſacris de more peractis
Ingredior curſus pelagi prius intentatos:
Tunc noſtras primum ſenſerunt æquora puppes,
Quę nullæ ſecuere rates, non nauita vidit.
Pandimus, & velorum alas, noſq. Eurus euntes
Proſequitur, validis & lintea flatibus implet.
Ipſe ego ſurgentem Solem, vagaq. aſtra notabam,
Necnon occaſus illorum, & nubila, & aure
Intenta ſpirantem auram, placidiq. tenorem
Seruabam inceptum pelagi, & mea ſemper ad aſtra
Lumina vertebam. nam me non noctibus illis
Vlla quies (tranquilla forent licet æquora) preſſit.
Hoc curſu Magnetem illum, quo in pixide nautæ
Vtuntur, quo monſtret iter, non ſemper eundem
Deprendi ſpectare locum, ſtellamq. polarem
(Vt dicunt) noſtris res nondum hæc cognita nautis.
Quid dicam? facili curſu freta pulſa ferebant
Per pelagus noſtras vllo ſine turbine puppes,
Trigintaq. dies iam vela inflauerat Eurus;
Cum timidus nollet vltra procedere miles.
Sed quamuis cuncti vellent in regna reuerti
Heſperię, longi pertęſi per freta curſus,
Ipſe viam tamen haud volui conuertere: namq.
Claſſis erat non fracta Noto, non murice cæco,
Nec fractus miles pugnata ob bella per vndas.
Turbatur ſemel, atq. iterum formidine ductor,
Dum toties vidiſſe ſolum per lata putauit

Aequora, ſæpe maris fruſtra tranaſſe profundum
Herboſum, & varias volucres, populoſq. natantum
Haud noſtris forma ſimiles: tunc miles amarus
In me me, tumiduſq. ira muſſabat, & enſe
Sæpe minabatur mihi mortem, cum tenet vmbra
Nox cælum, vel luce dies, & ſpargere in æquor
Inſuper, & pelagi monſtris me linquere prædam
Iam curſus vaga Luna ſuos impleuerat, & iam
E ſummo rediens ſeſe oſtentabat Olympo
Lumine ſubluſtri, cum iam nox ipſa teneret
Oceanum, & terras caligine, & Eurus apertos
Per fluctus ageret tenui iam flamine puppes:
Viſa mihi haud longe terra eſt, Rodericus Iberus
Miles ait, ſummi ſeruans carcheſia mali.
Lętitia exultant omnes, lætiq. ſalutant
Vocibus hanc viſam poſt tanta pericula terram.
Nauticus æquoreas tunc clamor perſonat vndas.
Hanc piceis miſtam tenebris proſpexi ego primum,
Mox comites videre alij, cum nox ſilet atra.
Tunc ſocios terram hanc verſus conuertere proras
Confeſtim iubeo, nautasq. incumbere remis.
Vixq. iubar pelago Sol oſtentabat, & aſtra
Cedebant primo radianti Solis in ortu:
Gratior haud vnquam terris, nec lętior orta eſt
Illa dies, mage nec claro ſeſe extulit ortu.
Iam circum mare pacatum ridebat, & alto
Noſtra vehebatur pelago ſine remige claſſis:
Cum procul aerios montes, geminaſq. videmus
Circuitu longo ſparſas per cærula terras,
Mox alias, mox inde alias: nam clara fuerunt
Signa prius nobis ſulcantibus, haud procul eſſe

Tellurem optatam toties, votiſq. petitam.
Hic nos lætitia lacrimas effudimus, altumq.
Aethera ſpectantes Chriſto, Mariæq. parenti,
Aeternoq. patri geminos, qui temperat axes,
Reddidimus cuncti ſubmiſſo poplite grates,
Quæis noſtrę ducibus curſum tenuere carinæ
Iam tutum, & nullo ventorum turbine victæ.
Et nullo comitum amiſſo, dehinc talia fudi:
Conuertens oculorum orbes conuexa ad Olympi.
Tu pater omnipotens ignota per æquora curſus
Da faciles, ne nos inter maria inuia ſurgens
In pelagi curſus Auſter ferat, atq. recurſus.
Harum prima nouos flores, herbaſq. tenebat,
Arboris, & virides frondes, fonteſq. lacumq.
Hac media ingentem vidi: nam nullus ibi mons
Eripiens proſpectum oculis erat æquora iuxta.
Currebat gens ad littus viſura carinas,
Attonita, & ſtupefacta rei nouitate, putabatq.
Eſſe rates noſtras tot monſtra natantia ponto.
Tangimus hoc feſſi littus, lætiq. ſubimus
Guananaim portum, paruamq. intrauimus vrbem,
Et grato accepti hoſpitio reuocamus opima
Amiſſas menſa vires: nam mitis erat gens,
Vultus item eſt illis placidus, frons lata licet ſit,
Quæ corpus paulum & faciem turpabat, & ora.
Non forma exiguum corpus, crinemq. reſectum
Supra aures craſſum, & nigrum pars maior habebat,
Eſtq. color oleæ ſimilis, qui vergit ad atrum.
Atq. aliquis nudatum enſem, gladiumve tenebat,
Tractabatq. manu, ceu lignum; at poſt vbi apertum
Aſpexit vulnus, trepidanſq. gemenſq. dolebat.
Quærebat

Quærebat ſignis an nos veniſſe ſuprema
E ſede ætherea, & cæli colere ardua tecta,
Atque vna cum cælitibus. dehinc ipſe per vrbem
Vrbem florentem pueris, a milite belli
Signum deferri iubeo, paſſimq. viarum
Strata per, atq. forum, cornu inſtrepuere recuruo,
Et totam impleuere nouis clangoribus vrbem.
Parte alia fractos ſonitus dedit ænea moles
Flammis permiſtos rutilis, & littus, & æquor
Intremuere ſono inſolito, longe inſula Cubæ
Audijt, & ſonitu gens eſt exterrita tanto.
Vrbemq. hanc paruam ſine cæde, & ſanguine regnis
Heſperię primum adiunxi, namq. ordine ciues
Acta palam aſſenſu vario populuſq. probarunt.
Non fluat è terræ venis auriue metallum,
Aut æris, ferriue licet, ſitq. inſula pauper,
At gens illa tamen geſtat bipatentibus aurum
Naribus. hic gentes ſunt nudæ, & verſicolore
Pictura exornant corpus, armantq. preuſtas
Piſcis dente ſudes vice ferri, ſunt quibus hoſtes
Pellere conſueti, & circum ſua regna tueri.
Septem ex his iuuenes mecum per cærula vexi.
Hic vidi aſpectu horribili, toruoq. moloſſos,
Quos ſine latratu referunt componere Soles.
Atque hic non pelagi tractus, non noſcere mores
Permiſit breue me tempus: nam nocte, dieq.
Detegere has terras ingens me cura premebat.
Mox iter ingentis direxi ad littora Cubæ:
Quattuor aſpexi non longe per freta terras,
Quarum cuncta nouis redolebant floribus, arua
Conſita erant paſſim arboribus, queis garrula lympha
Non deerat, fugiens per gramina odora, riganſq.

Vicinum nemus, atque halantes floribus hortos.
Res vero his terris nulla eſt mihi viſa relatu
Digna mage hac, quam nunc memorabo. Ramus adoptat
Ramum alium, varijs folijs, varioq. colore,
Pomaq. ſunt intus varios ſeruantia ſuccos,
Cortice non ſimili; mater quæ ſtipite ab vno
Dædala terra creat. hæc nunquam poſcit auari
Dura miniſteria agricolæ ſub tempore Veris.
Dehinc nos ardentes placido caua lintea ponto
Soluimus, atq. viam velis deflectimus inter
Has pelago ſparſas nullo diſcrimine terras.
Illic nos ſiluas legimus, quas longa gerebant
Littora, & arua ſimul nullis obnoxia raſtris.
Vidi lanigeras non longe a littore ſiluas,
Et paſſim arboreis pendentia vellera ramis.
Vidi & odoratos alio ſed littore lucos,
Frondentes quorum rami molliſſima ſeruant
Vellera, quæ leuibus ſiliquis incluſa teguntur.
Quid memorem pictas volucres, quę florea circum
Prata volant, cantuſq. ſuos noctiq. dieiq.
Aequant, & varijs implent concentibus auras?
Frondoſiq. ſedens ramis philomela canebat;
Quas inter canit Eois non natus in oris
Pſittacus, & volucrum cantus imitatur, & altis
Arboribus ſtrepit, & lingua noua verba loquaci
Ingeminat, repetitq. auium per guttura voces.
Hic volucres fundunt cantus ſub menſe Decembri,
Pars dulcem frondentis alunt in vertice pinus
Progeniem, pars oua fouent, pars arbore nigra
Nidificant, latebriſq. domos frondentibus abdunt.
Namq. dies erat hic tepidus, ceu vere rubenti.

Non

on deſunt illic portus, & flumina nautis
rata nimis, Zephyri ſi quando ſpiritus vndis
ſonat, inſequiturq. rates reuoluta per alta.
Acceſſi tandem Cubam, magnumq. fluentum
pelagus ruere aſpexi, portumq· capacem
on paruæ intraui claſſis, tutumq. procellis.
ec longum hæc ſtatio tenuit me; ſed caua ponto
ela dedi, numquam linquens ea littora Cubæ
er multos Soles. reſonans ſed flatus ab alto
ertice ſpirantis Boreæ, & maris vnda tumeſcens
erruit vlterius procedere: nec mora vento
buerti aduerſo ſinuoſa per æquora curſum,
ermetuens inſtantem hiemem, pelagiq. furorem,
t gemitum: cum iam Boreas nos horrifer oris
uiqueiæ appulerat, legerent & carbaſa nautæ
ætitia perfuſi animum, & de more coronas
uppibus aptarent, ſubito prætoria pinus
ſt breuibus inflicta vadis, qua longa iacebat
axea planities ſubter mare, puppis & imis
oluitur icta vadis, nautasq. relinquit in vndis.
ontinuo impellunt ſocij per cærula cymbas,
uxiliumq. ferunt timidis, ratibuſq. reponunt
ncolumes. nauis ſcopulo ſic fracta reſedit.
Corpora ſed madidi comites dum littore curant,
t ſagula ad tepidum Solem madefacta reponunt:
rotinus ingredior denſum nemus; hic vbi primum
onſpexi indigenas curſu iuga celſa ſecantes,
oſq. videre viros cupidi, noua cernere regna:
ela manu intrepidi capimus, ſequimurq. fugaces.
unc illi celerare viam, & tranſmittere curſu
ræcipiti patrios colles, & fidere ſiluis.

Haud aliter fugere viri montes ſuper altos
Quàm timidæ pecudes ſub primę tempora lucis
Conſpecto procul herboſa ſub valle luporum
Agmine, dum ſiluis errant, ſic illa petiuit
Turba virum loca nota metu, ſeq. abdidit vmbris.
Nauita tunc triſtis retro, mileſq. redibat,
Nam ſola his terris capta eſt pulcherrima virgo,
Et facie inſignis, croceo ſed ſparſa colore,
Cui fuluum e geminis pendebat naribus aurum.
Hęc ducta ad naues epulis expletur, & alba
Induitur duplici lęna, quam circuit ingens
Limbus acu varius, melibœaq. purpura limbo
Addita: tunc alij componunt pectine eburno
Cæſariem diffuſam humeris, ſertiſq. coronant:
Cryſtallo digitos ornant, & Iaſpide cingunt
Virgineum latus: hic gentes nam corpora nulla
Veſte tegunt; nudi incedunt & cum redit æſtas,
Et cum bruma redit, venit & cum purpureum Ver.
Mox virgo in notos redijt iam libera colles,
Primoreſq. petit nemoroſa in valle latentes:
Oſtenditq. habitus, atq. ordine cuncta recenſet:
Narrat & ingenium gentis mite, & genus alto
E cælo veniſſe nouum; tunc ocyus omnes
Decurrunt properi, qua ſemita ducit ad æquor,
Et veniunt ad nos vltro, ſigniſq. ſalutant:
Cum quibus & digitis loquimur, nutuq. frequenti.
Planitie fractam ſcopuli vt videre carinam,
Tranarunt ſubito ſtagnantes lintribus vndas,
Et patrium ad littus remos, & vela, rudenteſque,
Et ratis arma ferunt: tunc gaza reducitur omnis
Nautica, & ad littus deſertur lintribus altis.

Nos illos donis feſſos cumulamus agreſtes:
rateras ſeptem vitreos, & pocula ſeptem
ictilia, heroum varijs decorata figuris;
iſſenaſq. damus tunicas, totidemq. cothurnos.
Interea dum nos iam quaſſam in murice puppim
eximus, aptamuſq. trabes, redit extera pubes,
uæ nobis fuit auxilio; & lectiſſima ſecum
ruſta auri, atq. auro permiſtas portat arenas:
t teretes donant paruo pro munere baccas.
Noctesq. totoſq. dies ad littora nota
rbe alio aduectas gentes viſura ruebat
urba virum, natiſq. patres, pariterq. nepotes
ermiſti, armatoſq. duces mirantur, & auro,
urpura & indutos proceres, ſonituſq. tubarum.
eſtat acu hic pictam tunicam, criſtaſq. volantes,
ic picturatis radiantia baltea ſignis.
ſt alij tenuere locum, quo quadrupedantes,
ſultantq. ſolo: glomerantq. in littore greſſus.
tq. Notos æquant curſu, & candore liguſtra,
t vix in prima figunt veſtigia terra.
iranturq. nouos habitus, mirantur & arma
llantum non viſa prius, nec cognita quondam.
Parte alia volitare vident ſine remige puppes,
tq. maris penetrare ſinus, licet Auſter aquoſis
cumbat pelago nimbis, hiemeſq. minaces
geminent, piceiſq. cadant e nubibus ignes.
Sternit humi ſe quiſque, ſonum dum territus haurit
uribus, effundit reboans quem ferrea longe
achina, fumoſoſq. ignes attollit ad auras,
erſtringitq. oculos flammis, fumoq. ſequaci.
Erexiq. Crucis ſignum venerabile curuo

Littore

Littore confeſtum palma, pinuq. virenti,
Quam populi circum ſignis, nutuq. colebant:
Vnanimiq. ſacerdotes hęc carmina ſacra
In laudes, Pater alme, tuas cecinere: Deum te
Laudamus, trinumq. Deum, dominumq. fatemur:
Te Patrem æternum veneratur littus vtrumque.
Te veneranda cohors cæli, & cæleſtia regna,
Atque poteſtates ſublimi voce viciſſim
Inſigni te laude canunt ſuper omnia, quæ tu
Feciſti, & cæli ſpatioſa per atria dicunt
Ter ſanctum; noſtrumq. Deum, Dominumq., Patremq.
Te celebrant, cum cuncta tuo ſint numine plena,
Qua Sol luce ſua luſtrat, dum circuit oras
Aethereas, tractuſq. maris, terraſq. patentes:
Atq. tibi aſſurgunt gentes felicis Olympi,
Et duodena cohors comitum te Chriſte tuorum
Concelebrat, fudit quæ pro te cæſa cruorem;
Quorum vox late occiduas peruenit ad oras,
Atq. Arabum, Indorumq. domos: vos o quoq. vates
Abramidæ, quibus ore dedit prædicere nati
Aduentum Deus ipſe ſui, & rerum abdita: voſque,
Qui quondam ſparſo meruiſtis certa cruore
Præmia, nunc alacres Dominum laudate ſupremum.
Vos quoq. virginei cœtus, quibus vna fuit mens,
Vna pudorem ipſum a teneris coluiſſe, nec vnquam
Conceſſos ſubiiſſe toros, nec floris honorem
Virginei amiſiſſe, Deum laudate parentem
Immenſæ maieſtatis. vos o quoq. ſancti
Cæſariem lauro inſignes, palmaſq. tenentes
Dextera Idumæas alacres, & veſtibus albis
Induti immenſas Patri vos dicite laudes,

Cæleſtiq.

lestiq. ſimul diuini numinis auræ.
os etiam Chriſtum vnigenam, magnoq. Parenti
æqualem canimus; ſummi tu magna Tonantis
loria, ſtellantiſq. poli; dignatus & aluo
u de Virginea naſci: tu funus acerbum es
Cruce pro nobis paſſus, quos ſanguine, & ipſa
orte redemiſti, patefactaq. ianua cæli
is nece Christe tua eſt, tua qui ſunt iuſſa ſecuti.
Patris æterni æternus tu Filius, & Rex
loriæ, & ad dextram Patris omnipotentis, & alto
ſe ſedes ſolio ſublimi in vertice cæli:
enturumq. diem te iudice credimus olim,
uo tu digna malis, & iuſtis præmia reddes.
u nobis igitur ſuccurre precantibus, & nos
ſpice, ſulcanteſq. ignota hæc cærula puppes
nocuas ſerua, & dextram ne ſubtrahe nobis:
amq. in te poſita eſt ſpes noſtra, ſinuſq. repoſtos
maris Oceani duce nos penetraſſe fatemur.
uas & agam grates tibi nunc? qui me duce terras
notas olim voluiſti oſtendere ſæclo
ic noſtro, atq. alio poſitas ſub ſidere gentes.
Iam Guacanarilli peruenit rumor ad aures
xternos veniſſe viros, littuſq. tenere.
ſtupuit Cemium repetens oracula ſecum:
ndigenæ ſic appellant ſua numina gentes)
oluit & capere arma manu, & depellere claſſem
ibus, euentu rerum, factiſq. ſiniſtris
rritus: at properans ad littora nota tetendit,
q. vltro dedit ex auro mihi munera multa,
umus hoſpitio a populis & Rege recepti;
ſeribuſq. alius nautas onerabat opimis,

Pars

Pars patrias epulas, & viſcera toſta ferebant.
Sed dicam cur depoſitis Rex venerit armis:
Rettulit ipſe olim nam rem mihi ſæpius omnem:
Quiqueiæ extremus Rex Guarionexius oris,
Et Guacanarillus materno ſanguine iuncti,
Dum ſuper imperio Cemes, rebuſq. futuris
Conſulerent, flexoq. oraſſent poplite ad aras:
Interea per quinq. dies ſolitoq. ſopore,
Et ſolitis epulis ſeſe abſtinuere, nec vnquam
Ceßarunt in vota oculos ad numina ſemper
Intenti, quibus eſt adytis vox reddita. Reges,
Audite hæc reſponſa: Dies inopina propinquat,
Qua regnum hoc felix, & regia ſceptra tenebunt
Veſtibus indutæ gentes, quas extera claſſis
Huc vehet, atq. vrbes noſtras, operoſaq. templa
Euertent, legeſq. alias, & ſacra docebunt.
Nec vos, o Reges, vox hęc deludet inani
Augurio: tu Rex populis audita referto.
Finierat, tremuitq. ſolo mota ara recuſſo,
Concuſſæq. fores templi, & penetralia longe
Inſonuere: fragor templi tecta alta repleuit.
Tunc Reges rerum attoniti nouitate recedunt
Triſtes, & Cemium populis reſponſa retexunt.
Tempore, quo has terras petij, Rex Guacanarillus
Ingens extincti regnum iam patris habebat,
Præclarum referens nomen genitoris amati:
Iam ratus adueniſſe diem, quo dicta ſupremum
Finem habeant Cemium, vectas ſibi iungere gentes
Fœdere amicitiæ quærit, ſperatque tenere
Poße ſua imperio tali ſub fœdere regna.
Dum vero ſurgens attolleret æthere Taurus

rnua, decreui remeare ad littoris oras
trema Heſperiæ, victorq. inuenta referre
ot maria, atque alio gentes ſub Sole repoſtas:
ræcipue liquidi Soles, & vertice ab alto
niter aſpirans Zephyrus diſcedere tum me
gebat, lætumq. meos inuiſere Reges.
Vt vero faciles populos, mitem quoq. Regem
ſpexi, viſum eſt paucos mihi linquere poſſe
ot poſſim gentis mores, & cernere regna)
s terris impune viros, & tollere paruis
curam tectis arcem, & circundare foſſa.
amana in regione noui ſub tempore Veris
iguæ vallos arcis de ceſpite viuo
truxi ex trabibus nexis, & vimine flexo;
ggereq. incinxi valido; atq. ex milite certos
legi bello expertos, quos Guacanarillo
mmendo: illorumq. ducem liqui Rodericum,
rduba in arma parens primo quem miſerat æuo;
ſuetum obſeſſas vrbes, & caſtra tueri.
hinc ipſum Regem placido ſic alloquor ore:
Maxime Rex, qui ſponte tuis conſiſtere regnis
uitas, feſſam hanc claſſem, & conſurgere portu
ttoreo ſinis, hanc molem, victumq. miniſtras,
omiſſis maneas oro, quæ ſæpe dediſti,
ſerua hanc gentem, precor, & defende cohortem
nc ſolita pietate: erimus Rex inclyte, nunquam
memores tanti meriti; regniſq. potentem,
que armis noſtrum iungemus fœdere Regem.
on veni populare domos, non perdere ferro
nc gentem, vel te patrijs expellere regnis.
Et mox ad ſocios conuerti lumina, & illos

Talibus

Talibus aggredior dictis: Vos bellica pubes,
Vnanimes, lætiq. dies agitate, metumq.
Mittite: nam vobis validum Rex maximus vltro
Auxilium feret, imperio qui littus, & vndas,
Et circum regit hos montes, atq. oppida circum.
Vos Regis quæcumque ſequi ne temnite iuſſa.
Quæ vobis, iuuenes, præclaro hoc digna labore
Pręmia perſoluam? cælo quæ gloria iam vos
Sublimes factis ventura in ſęcula tollet?
Fernandus vobis meritos perſoluet honores
Non ſine muneribus magnis: conuertere cogor
Per maria alta rates, iterumq. reuoluere curſus,
Vt Regem faciam certum curſuſq. vięque,
Quaſq. alio ſub Sole nouas deteximur oras;
Vere nouo has iterum dulces rediturus ad oras.
Tum Rex lętus ait, Curas ſeclude ſequaces
Dux demiſſe polo: nam miles nullus adibit
Hos armis: hęc terra mea eſt, tractuſq. profundi:
Semper eos ope pręſenti, auxilioq. iuuabo.
Per mare felices tibi dent tua numina curſus.
Mox me me & ſocios dextra petit, & tenet ipſos
Amplexu, lacrymanſq. alios complectitur: & ſic
Corde nefas verſans ſe in regia tecta recepit.
Tunc comites intrant arcem ſub fœdere Regis:
Et nautæ mare purpureum nigra rate currunt:
Nam flabat crepitans Zephyri leuis aura per æquor,
Suadebatq. maris curſus tentare patentes.
Indigenaſq. decem, fratremq. per æquora mecum
Ducere decreui, certoſq. relinquere in arce,
Ne forte imperio premeret ratis aduena terras,
Regnaque, littoreoſq. ſinus, populoſq. propinquos.

ox alacres pelagi curua rate verrimus vndas :
tandem Hiſpanas Zephyris comitantibus oras
ueni, Taurus celſo cum ſurgit Olympo .
primum acceſſi Gades, altariaq. auro,
donis onerans, Chriſto pia vota ſupremo
ecta prius ſolui: ſoluerunt & ſua mecum
ota alacres media templi teſtudine nautæ.
rotinus has linquo terras, puppeſq. volarunt
mmenſum mare per, lætiq. potimur arena
ptata, & tandem regalia tecta ſubimus:
ſimul inuentas alio ſub ſidere gentes
arramus Regi, atque auri puriſſima dona
erferimus, necnon baccas, noſtriſq. volucres
iſſimiles, ſimileſq. etiam: nam corpore maior
ſittacus eſt, pulcherq. magis, penniſq. coruſcis,
varijs; quam nos cauea ſeruare ſolemus :
nnamaq. attulimus ſuaui fragrantia odore,
criaque, & guſtu torquent quæ protinus ora :
tq. aloen herbam, quę triſti, eſt plena liquore.
lus per ſiluas & prata cuniculus illis
uadrupes in terris depaſcit gramina: mecum
unc triplici vexi ſpecie: mirarier omnes
uos illinc vexi iuuenes, pallentiaq. ora,
uribus, & ſimis dependens naribus aurum,
eformes viſu, ac breuiori corpore. tum Rex
is viſis, mora nulla, parat claſſemq. viroſq.
xpertos longo bello, pelagiq. periclis,
lectos centum artifices, totidemq. colonos,
ddit mille viros, qui ſecum barbara contra
gmina pugnantes, victricia ſigna tulerunt.
agnanimus non deſit equus, qui Bętica paſcit

Paſcua,

Paſcua, quiq. Tagi vitreos bibit accola fontes.
Narrarem ac breuiter dum regna inuenta, ſinuſq.
Tot maris, & ſparſas per tot maria aſpera terras,
Fernandi iuſſu, populo ſpectante, ſedebam
Illum & Reginam iuxta, qui magnus in oris
Eſt honor extremæ Heſperiæ, quin ſponte ſupremum
Rex me rectorem claſſi præfecit, & alto
Oceano: dehinc vectigalia regia dono
Quędam conceſſit: fratrem quoq. non ſine honore
Dimiſit, cui iam partas conceſſerat oras,
Vt regeret, littuſq. maris, populoſq. Quiqueiæ.
Artifices mecum varios, armentaq. vexi,
Omnigenumq. gregem mecum, ſelectaq. farra,
Grandiaq. herbarum beneolentum ſemina, vt hortos
Tam pingues noſtri colerent; plantaria viua
Cum tellure ſua nemorum: nam haud naſcitur illis
Partibus vlla arbor, niſi pinus ſtipite recto,
Et tereti, celſaq. coma, proceraq. palma.
Duritie hæ ſunt indomita, quibus arma ferox gens
Conficit atq. enſes: ferri eſt ſine terra metallo:
Hoſq. acuunt ſaxis, quę ſecum flumina ducunt.
Collibus apricis dum vero ruſticus vuas
Iam legeret, properanſq. domum ſarmenta referret:
Scinderet atq. agros procuruo vomere. iuſſi
Erigere & malum, maloq. innectere funes,
Ne ruere antemnæ, ſcindi ne carbaſa poſſent.
Hiſpanos etiam complures maximus ardor,
Tantarum & rerum nouitas, adapertaq. regna,
Impulerunt ignotum æquor percurrere mecum,
Vnanimeſq. damus ſpirantia flamina claſſi.

F I N I S.

DE NAVIGATIONE CHRISTOPHORI COLVMBI

LIBER SECVNDVS.

TVNC ipſe Heſperiæ fines & littora liqui,
Cumq. decem & ſeptem ingreſſus ſum puppibus æquor:
Ad Fortunatas meq. Eurus detulit oras.
Actutum adplicui ad littus, quo ferrea tantum
ſula habet gelidum laticem, purumq. leuemque,
i non e terra erumpit, non fonte perenni,
n e rupe caua emanat per ſcrupea riuus:
mida ſed nubes circum collecta, virentes
rboris obnubit ramos, frondesq. diebus
tinuis, cum mane nouo Sol aureus orbem
iſit, pulſaq. diem iam nocte reducit:
e liquidas verſa in lymphas ex arbore, ceu ros
gidus, in ſtructam muro ſaxisq. lacunam
tillat, potumq. gregi, populisq. miniſtrat.
t hinc digreſſus placidum mare puppe cucurri,
Boreæ curſum tendebam ſemper ad oras.
ſeptem ceſſere dies, cum per mare nullas
ſpexi immenſum terras: tandem inſula longe
nibalum ſe Luciferi monſtrauit in ortu:

C Eſt

Eſt Eurus perflans adeo nos vsq. ſecutus.
Nulla hic turris erat, non vlla mapalia toto
Littore, at arboribus multis, & gramine plena.
Vltra prouehimur ponti per cærula: ſuaues
Vicinum late fundebat littus odores.
Tranſibam loca multa mari circumdata vaſto,
Nulli habitata viro: non his animalia terris
Vidimus, aut vllos homines, ſed corpore tantum
Ingenti ac vario magnos errare lacertos
Per ſiluam & littus. iacet inſula Guaricueia,
Quæ cæli nitidum lumen nil præter adorat.
Ad quam delati fluuium conſpeximus vnda
Perſpicuum, fundoq. ingenti, & vortice nullo.
Collis erat iuxta littus, quem plurima pubes
Conſcendit viſura ſolum telluris, & omnes
Cannibalum tractus circum: videt arma, domosque,
Ruraque, frondoſumq. nemus, ſeptemq. fluenta.
Noſtrorum pars deſcendunt e nauibus, ipſosq.
Explorant fines, vicinaq. tecta peragrant.
Cannibali iuga celſa petunt, tutasq. latebras.
Noſtri ad Cannibalum ſedes facto agmine tendunt.
Tecta vacare viris cernunt, ſed ſparſa recenti
Sanguine. viderunt trabibus pendentia membra
Multa virum, multa & verubus confixa cruentis:
Humanis permixtus erat queis pſittacus, anſerq.
Artubus, atq. aliæ nemorum, pelagiq. volucres,
Incluſas teſta quas flamma accenſa coquebat.
Tunc primum fatur ſic puppi interpres ab alta:
Hæc eſt imperij ſedes, & regia gentis
Cannibalum, rapido circum pulſata profundo:
Qua genus acre virum floret, belloq. iuuentus

Aſpera

Aſpera, finitimaſq. armis inuadere gentes
Aſſueta, & pelagi percurrere lintribus vndas.
aptiuos verubus figunt, & pinguia torrent
iſcera, & in campis læti veſcuntur apricis.
uellunt pueris teſtes, nec corpora leto
ant triſti, donec florens acceſſerit ætas,
t cute ſint pingues nitida: mox enſe recludunt
piramenta animæ, & tectis epulantur in altis.
œmineo generi parcunt, ſeruantq. puellas
ræſtantes alijs forma, quo gignere natos
x illis poſſint: tecti cuſtodia turpis
ſt anus, & nexis virgultis atria verrit.
At vero iuuenes, quibus eſt iam firmior ętas,
annibalum gens hæc in quattuor effera partes
iuidit (horrendum) atq. illos euiſcerat, inde
orporis extremas partes abſcindit, ahenoq.
nponit, flamma aut torret, manditque, voratque:
etera membra ſale inſpergit, celliſq. reponit.
quoties vento feruet mare, protinus arma
rripiunt littuſq. petunt, pulſaſq. procellis
ttora ad ipſa rates rapiunt, ſpoliantque, feruntque.
Ipſe decem mecum Quiqueiæ littore vexi
er maria alta viros: ſed ſeptem tabida febris
uaſit, letoq. dedit, dum cærula verro.
os ego non vinclis, non dura compede vinctos
ucebam, ſed erant comites, ſemperq. viciſſim
orum ſermone dies, nocteſq. fruebar:
me ſermonem patrium, moreſq. docerent.
ox ait interpres: Fugite hinc, tortoſue. rudentes
mpite, quaq. vocant nos flamina parte ſequamur.
ſe iube acciri ſocios ad littora: namq.

Quæ te circumſtent inopina pericula neſcis.
Cannibalum ingentem numerum per curua videbis
Littora, ſi attigerit ſurgens te his Veſper in oris.
Nam totis effræna ruet de montibus hæc gens,
Quæ pedibus ſuperat celeres pernicibus auras:
Non horret gens illa necem, non vulnera vitat.
Vicinos terræ tractus populantur, & audent
In fines longe poſitos excurrere, campiſq.
Inuentas abigunt prædas, ſemperq. vagantur
Impauidi: interdum centenis lintribus æquor
Percurrunt, pagoſq. petunt, curſumq. fugamq.
Inijciunt, nec certa ſalus fugientibus vlla eſt.
Hęc ſunt arma, quibus Caribes vtuntur in hoſtes
Finitimos, cum bellantur: ſaturata venenis
Spicula, arundineęq. ſudes, fuſteſq. præuſti
Sunt enſes facti e palma, pinuq. frequenti.
Hi ſaxo magna oſſa acuunt, ſummumq. ſagittæ,
Telorumq. cacumen acutis oſſibus armant:
Quorum armare acies gens illa eſt ſueta veneno.
Prædones maris Oceani ſunt denique: nec gens
Vlla poteſt ſeſe venienti opponere turbę.
Innumeros cymbis vallos, & vincula ſecum
Mille ferunt, optantq. locum, quem cingere poſſint
Aggere, & in morem caſtrorum incingere foſſa.
Hoc faciunt, quoties nigris nox occupat vmbris
Tellurem: ſed præcipue cum condita terris
Luna negat nitidum cœli per inania lumen.
In ſiluis tecta ędificant ſublimia nexis
Arboribus, folijſq. tegunt. hęc inſula mittit
Goſſipium: & varias volucres nemora ardua paſcunt.
Indigenas nuper captas cum munere miſi.

Illæ

llæ etenim norant ſolita qua rupe laterent :
Atq. animos blando pariter ſermone , datiſq.
Plurima quę ſecum tulerant, mouere furentum
annibalum; inductos quos ſpe, & dulcedine lucri,
Mane nouo, cum Sol tenebras depellit, & almam
nducit terris lucem, per paſcua multos
Ante alios ſecum mulier ducebat : at illi
os procul vt videre, metu veſtigia retro
onuertere, velut cerui, quos turba luporum
nſequitur; notaſq. metu ſubiere cauernas.
Tum demum cedente die, noctiſq. ſub ortum,
ullis Cannibalum ſiluave aut littore captis,
nſcendi illorum perfractis lintribus æquor :
iſendiq. viros cupidus, quos arce reliqui
m ſtructa, claſſis curſus ad curua Quiqueię
ttora vertebam: ſparſaſq. per ęquora vidi
ntilias : ſulcanſq. ſalum iam nocte propinqua
c eſt interpres fatus : Has aſpice, ductor
eſperidum, terras, & littora; Cannibalum quas
xores habitant tantum nunc : namq. vbi terris
r redit, & Taurus cælo ſe tollit in alto,
uiſunt has Cannibali, & conuiuia ſiluis
ta agitant, choreas plaudunt, ſiluiſq. vagantur
liti ſolitas ad littora ducere prædas.
pulſos a lacte mares per marmora ſecum
dducunt propriũ ad littus : redeuntque, nec vnquam
s ſedes, niſi cum terras inuiſit aquoſum
r iterum, nitidoſq. dies, tepidamq. reducit
nperiem, durumq. gelu, brumamq. remittit.
e habitant certas ſublimi in monte cauernas;

Queis ſeſe, quoties aliquis petit aduena littus,
Abdunt, & mox hoſtem armis, ſolitiſq. ſagittis
Depellunt, & multa ineunt certamina ſemper
Victrices, ſemper captos in tecta trahentes.
Hanc Madaninam vocat illius incola terræ.
Hoc vetuit ſpirans Boreas accedere littus.
Vltra progredior ratibus maria alta reuoluens:
Multa per Oceani diſperſas cærula terras
Conſpexi, lætæ felices vbere glebæ.
Tempus erat, quo clara dies decedit, & vmbra
Succedit gelidæ noctis, dehinc præuius ignes
Aſtrorum accendit Veſper, cum claſſe ſubimus
Iam feſſa portum: iamq. anchora iacta carinas
Fundabat, placidum qua ſeſe effundit in æquor
Flumen, ibi intentis interpres talia fatur:
Hæc etiam ditione tenent fera regna nefandi
Cannibali: noſco poſitas in montibus ædes:
Appellant Ayay (nomen nam rite recordor.)
Deſcendunt in terram altis de puppibus imam
Triginta, explorantq. locos, vicinaq. tecta:
Qui ſubito dulces hauſere e flumine lymphas,
Impleruntq. cados fluuiali nectare, ibique
Quattuor inuenere canes in littore tantum,
Quos nunquam latrare ferunt, ſiluiſq. nec vnquam
Frondoſis turbare feras: hi ruſtica ſemper
Tecta colunt, conduntq. ſuos ſine murmure Soles.
Queis teſtes geminos vellunt, ſtabuliſq. recondunt;
Et mactant, cum læta parant conuiuia ſiluis.
Fœmineo generi parcunt, paucoſq. reſeruant,
Quos in ſpem prolis certam gens illa futuræ
Submittit: veluti paſtor, qui per iuga montis

Ardua mille greges paſcit, quos ſolus ad alta
Flumina, & in ſaltus, & lęta in paſcua ducit.
Proſiluere decem iuuenes, totidemq. puellæ
Caribium e domibus, petiere & littora curſu
Pręcipiti, gemituq. graui, nautasq. vocabant
Auxilio manibus iunctis, & poplite flexo.
Cannibaliq. fuga ſolitos petiere receſſus.
Dum vero trahimus binos in littore Soles,
Et ſilua remex ſub opaca, & miles aquantur
Intrepidus; procul ecce vigil cuſtodia, magnum
Aduentare videt, mali carcheſia ſeruans
Nauita, Cannibalum pacata per æquora lembum:
Hunc ſubito noſter venientem eſt miles adortus.
Illi autem non fracti animis, vllove timore
Torſere hos contra volitantia tela veneno
Armata, antiquo patriæ de more, priuſquam
Se pictis tegeret clypeis Hiſpana iuuentus.
Quid dicam? medijs pugna aſpera ſurgit in vndis,
Quanquam eſſent pauci numeroque, & corpore nudi.
Hic mulier bona miſſilibus, longeq. ſagitta
Fallente, ex noſtris vnum confodit acuta
Cuſpide ſtridentis teli, qui protinus ictu
Traiectus calido fœdauit tranſtra cruore.
Militis interitu illa eadem lætata, recuruo
Telum aliud cornu aptauit, iecitq. ſagittam
Contra alium, quem tunc transfixit arundinis ictu.
Hos inter, ni fallor, erat Regina, puerq.
Regius aſpectu toruo: namq. illa ferox gens
His aſſurgebant ſolis, moremq. gerebant.
Videre vt noſtri ſeſe in diſcrimine tanto,
Vnanimes potius voluerunt cominus illis

Tunc conferre manus, quam longe occumbere iactis
Caribium iaculis. mora nulla, per æquora proras
Impellit clypeata cohors, ſubitoq. ſuburget
Illorum ſolida confectum ex arbore lintrem,
Et merſit pelago. ſpectabam hanc littore pugnam.
Forſitan & pugnæ finem PERENOTTE *requiras*
Extremam, breuiter referam. non obruit illos
Oceani rapida vnda maris: per nota natabant
Aequora, & in noſtros torquebant ſpicula cornu
Adducto, haud pauidi iuuenes, pauidæve puellæ.
Ad ſaxum pelago tectum mox illa recepit
Effera ſe pubes, miſcens bella aſpera in vndis,
Vt prius. hi tandem longo in certamine victi
In noſtras venere manus: telo vnus acuto
Cannibalum interijt: duplicato at regia proles
Vulnere anhelantem vna animam diffudit in auras.
Hi ducti ad naues, vinctiq. ferocia corda
Non poſuere tamen. non tantum in retia lapſus
Sæuit aper, clauſive caua ſub rupe leones.
Huius pertæſi pugnæ, tunc littore funes
Soluimus, & Caribum terram execramur, & æquor,
Noſtrorum ob cædem mœſti, reſonoq. volamus
Oceano, laxisq. ſinus proſcindit habenis
Ingentes claſſis, nec procurrentia ſaxa
In pelagus metuit, nec formidata carinis
Cærula, nec tumido ſpirantia flamina ponto.
Sub lucem paſſim multas per marmora terras
In morem Cycladum ſero ſub veſpere vidi:
Quarum aliæ plenæ arboribus a vertice ſummo
Montis erant, vſq. ad procurui littoris oram:
Plenæ & erant aliæ paſſim beneolentibus herbis.

Parte

Parte alia ad cæli tollebant ſidera ſeſe
Saxoſi montes, rubro, varioq. colore
Conſpicui, atq. oculis grati. nos ſiſtere claſſem,
Et capere his portum terris vetuere frequentes
Difficilesq. maris ſcopuli, turbataq. circum
Aequora, & inſperſum ſpumoſa aſpergine littus.
Aſpera erat facies, atq. intractabilis vnda
Latrantis pelagi, ſecum intolerabilis Auſter
Et fœdam tempeſtatem, nimbosq. ferebat.
Huius tam vaſti tractus, rapidiq. profundi
In medio Burichena iacet circundata latis
Littoribus. non his terris nemora ardua deſunt.
Sunt illic magni portus, quanquam incola pontum
Non tranet, ſed ſit domibus contentus auitis.
Infenſæ ſunt hæ gentes, & littora cunctis
Cannibalis, finesq. ſuos tutantur ab hoſte:
Victores & ſepe domum parta arma reportant.
Captiuos lacerant, flammis torrentq. vorantque,
Eliduntve oculos ſocijs ſpectantibus ambos:
Oppidaq. aggeribus, foſſaque, & flumine cingunt.
Tunc noſtri trabe deſcendunt, fontisq. liquores,
Celſaq. tecta adeunt: montes fugit omnis in altos
Agricola, & vacuas ſedes cuſtode relinquit.
Hic Burichena ſuum Regem (ceu numen) honorat.
Sub noctem geminæ indigenæ furtim, & puer ore
Egregius fugere ſimul, tacitiq. natarunt
Marmora, quos olim eripui de compede dura,
Et manibus Caribum; & patriam petiere, ſuosque:
Tantus amor erat his patrias inviſere terras,
Quamuis Cannibalum aduentus, atq. arma timerent.
Nos tandem feſſi ſeruata claſſe tenemus

Primam Quiqueiæ terram reuoluta per alta,
Atq. antennarum ſublimia cornua nautæ
Funibus intendunt, pelagiq. ad cærula proras
Obuertunt: mox exponunt equitesq. viroſq.
Pontibus, & primis ducibus comitatus ad altum
Acceſſi collem, vt ſocios, arcemq. viderem
Xamana in regione, maris prope littora vaſti.
Quid referam? constructæ arcis veſtigia nulla
Apparent, non agger erat, non vallus, at arcis
Relliquias ingens cineris celabat aceruus.
Deſcendunt armati equites, peditumq. manipli,
Littoreoſq. tenent portus: petit ardua miles
Terrarum, & poſitas altis in rupibus arces.
Aerea perſonuit vicinos machina montes,
Conuallesq. cauas, ſonituq. impleuerat oras
Littoreas fruſtra: namq. incola traxerat omnes
Ad letum Hiſpanos, flammisq. inuoluerat arcem.
Hic Guacanarilli vectus prope littora lembo
Per mare tunc Regis germanus nomine binas
Detulit ex ſolido ſtatuas auro mihi. ſed tunc
Non potui ſeriem facti, non noſcere cauſam,
Interpres quia nullus erat: nam de tribus vnum
Ex illis abiens, quos mecum per mare vexi,
Vltro dimiſi: patriam petiere natando
Furtim alij, cum nigra tegit nox æthera, & æquor.
Hæc animo ſedit ſententia, mittere certos
Decreui ad Regem ſubito, vt cauſamque, modumq.
Diceret, excidiumq. arcis, ſtragemq. meorum.
Vt vero rediere viri, tunc vnus in ipſo
Littore ſtans tumulo flauæ ſic cæpit arenæ:
(Et ſi ficta reor, quæ Rex mihi Guacanarillus

Dixer

ixerit, hoc Regis dictum nam fama refellit
 cunctis vulgata locis, quos circuit ingens
nſula, at ipſe tamen referam, quæ dixerit ille.)
Aurato Rex in thalamo, ſtratiſq. iacebat
ulnere ſe ſimulans ægrum, cui crura, pedeſq.
ærula multiplici cingebant vincula nodo.
ic mihi tunc fandi poſtquam eſt data copia, Regem
lloquor, atq. equites narro, peditumq. phalanges
eniſſe, & noſtram tetigiſſe hæc littora claſſem:
uccenſæq. arcis cauſam, ſeriemq. rogabam.
unc Rex, Hanc claſſem non me aduentaſſe latebat:
eniſſemq. volens ad littus, ni mea quondam
rura graui bello fixiſſet cuſpide telum.
uerſæq. arcis memorabo ex ordine cauſam,
uam petis. Hæc multos (vt ſcis) habet inſula Reges
beribus late regnis, populiſq. potentes:
ui poſtquam audiuere meis conſiſtere terris
duectas trabibus gentes, armiſq. tenere
ttora, moliriq. vrbes, atq. oppida vallo
unire, & totum ſua ſub iuga mittere littus,
xarſere graues animis concordibus iræ.
udiuere etiam peditum liquiſſe cohortem
rce noua, & ſecum raptas abducere prædas
hriſtophorum. inq. oras ratibus rediíſſe paternas:
uiqueiæq. nouas in regna reducere gentes
ere nouo, cum ſe partu terra alma reſoluit.
unc ſuper his commoti animi, menteſq. duorum
unt Regum, bellumq. parant inferre relictis
entibus, & poſitam conuellere funditus arcem
ant alij auxilium Reges, ſuaq. agmina mittunt:
rocedunt inſtructæ acies, & ad æquora tendunt;

Nec

Nec mora littoribus noſtris bina agmina Regum
Apparent, dextraq. ſudes, lęuaq. pharetras
Tela inimica gerunt, atq. arcem milite cingunt.
Poſtquam aures allapſa meas eſt nuntia fama,
Acceſſi ſubito multis cum millibus arcem,
Incœptiſq. viros ſuaſi deſiſtere, & arma
Ponere, & hanc gentem redituram ad littora dixi
Magna equitum, peditumq. manu: ſic nam fore noſtri
Iam cecinere Cemes: ſed nil mea verba, preceſque,
Nil monitus valuere Deum. tunc lampada iecit
Ardentem Rex longęuus, quæ iacta peruſſit
Frondea tecta domus, tabulataq. proxima turri.
Tunc celer inſequitur iuuenum facto agmine nimbus,
Connexiſq. parant trabibus conuellere vallum.
At parte ex alia iuuenum globus arma manuſq.
Expediunt: late ſonitum dat ſtridula cornus:
Miſſile telum alij rapiunt: it clamor ad auras,
Accenſaſq. faces flammis ad mœnia portant,
Inuaduntq. nouam longis haſtilibus arcem.
Hiſpanam volui gentem defendere vallo
Incluſam, & ferre auxilium, meaq. agmina contra
Oppoſui pugnantem aciem, flammaſq. ferentem.
Tendebam per caſtra manus, triſtiſq. profabar,
Arma inhibete duces, iraſq. remittite Reges:
Parcite & hanc arcem flammis dare, parcite quęſo
Militibus: vos triſte manet ſub ſidere Veris
Supplicium: accedet noſtrum gens aduena littus,
Et noſtras exuret opes, fundoq. reuellet
Montibus impoſitas vrbes: migrabimus omnes
Extorres patria amiſſa, rebuſq. relictis.
Sed dum per medios ignes, mediamq. ferebar

ructam aciem,numero tamen, & bellantibus impar,
ulnere crudeli ſuras transfixit arundo.
Stat adhuc paruum læſo ſub poplite vulnus.
e lapſum famuli accipiunt, humeriſq. reportant
d littus:ſed me vt cedentem ex agmine Reges
idere, incingunt duplicatis mœnia flammis.
unc miles furit, & tectis incendia miſcet,
tq. arcem, incluſoſq. viros inuoluit in ignes.
ſtor amicitiam, ſancitaq. fœdera quondam,
patrios Cemes, me non potuiſſe tueri
ommiſſam hanc gentem fidei, & noua mœnia noſtræ.
ſponſa audiſtis proceres, audiſtis inanes
ectentem Regem cauſas, incendiaq. arcis.
Protinus vlciſci ſocios, ipſumq. volebam
eriurum iratus violata ob fœdera Regem
erdere:ſed trepido timui ne regna tumultu,
populorum animos turbarem Rege perempto.
Ad Guacanarilli montanas mittitur ædes
elchior, hæc eadem qui rettulit omnia, quæ iam
ixerat interpres: Regem nam viderat alto
orrectum lecto, nec læſum crura ſagitta,
gali at thalamo ſimulata mente iacentem.
d me blanditijs hic Regem duxit, & illum
miſi, vt patriam ad propriam, ſedeſq. rediret:
uem mulier facie inſignis, formaq. per æquor
ndoſum cum ſeptem alijs, confiſa lacertis
Guacanarillum ſub opaca nocte ſecuta.
Melchior interea legeret dum curua Quiqueiæ
ttora, militibus multis comitatus, vt ipſum
uæreret huc illuc fugientem per iuga Regem,
uenit portum procuruum, & nauibus aptum,

Cum

Cum pelago incumbit pennis niger Auſter aquoſis.
Cingebant ſummi hunc colles, quibus vnda ſilebat
Clauſa, nec iratum pelagus, ventoſq. timebat.
Hic adeo eſt portus curuum falcatus in arcum,
Quo poſtquam ingreſſus fueris, mediumq. tenebis
Nauigio. dextra quamuis, flectaſve ſiniſtra,
At facile haud poteris quærens cognoſcere primum
Hic aditum, quamuis coniunctis frontibus intrent
Tergeminæ has fauces nullo diſcrimine puppes.
Inq. ſinu medio montis ſcena ardua celſis
Tollit ſe arboribus, denſiſq. hic pſittacus alas
Depictus varias, atq. Indis corpore minor
Peruolitat, repetitq. auium per guttura cantus.
Hic dulci nemoroſa canunt auiaria voce.
In portum duo decurrunt ſat magna fluenta,
Et varios ducunt ſecum ad maris æquora piſces.
Ipſe etiam pelagi gentes, ſquamoſa propago,
Flumineis ſubeunt lymphis, gratoq. receſſu,
Inſano laticis capti fluuialis amore.
Decreui ipſe vrbem ſublimi in colle, ſecundum
Hunc portum (namq. aptus erat locus hic ſatis vrbi)
Condere: ſilua hic alta trabes, vicinaq. rupes
Saxa miniſtrabat; iuxta hunc longiſſima montem
Planities, & lata ſatis, quam plura fluenta
Paruula, & alta rigant, aurumq. in cærula ducunt.
Ipſe autem hunc portum regalem nomine dixi.
Veſtigare viros circum vaga flumina, & vrbes,
Ductores valido certos cum milite miſi:
Hoieda hos inter, Corlanus & alta propago,
Ante acies dextra, atq. animis præſtantibus ambo.
Quattuor horum alter demonſtrat flumina, & alter

Parte

ırte alia tria conſpexit labentia ab ipſis
ontibus, auratis longe radiantia arenis.
gerunt ciceris non pauca leguminis inſtar
ana auri comites, maioraq. legit Hoedas.
ons erat haud longe a portu, quo condere caſtrum
ſtitui, cœpiq. domos attollere ſaxis,
q. Magis tribus erexi, ſtatuiq. ſacellum.
c vbi decurrunt immixtis flumina arenis,
lento nitidoq. auro, nec copia parua eſt,
ſtrum aliud poſui dictum de nomine Thomæ.
q. peragrata Cibauo lætus ad vrbem
ox Iſabellam redij, cum purpureum Ver,
tepidi creſcunt Soles. tunc fratre relicto,
i ſummam volui rerum, cui credere claſſem,
ſueto & bellis iam pridem Margaritæo:
os iuſſi circum poſitas perquirere terras,
ſubito inuentas communi ſubdere Regi:
ndo iter ad Cubam cum terna puppe per æquor;
forte imperio premeret ratis aduena terras,
pidaque, littusq. nouum, gentesq. repertas,
eaniq. meis inuentum puppibus æquor.
ſerimus ſocias naues, mœſtiq. volamus
r mare; & aſpirant animoſis flatibus Euri.
b lucem nitidi Solis ſeſe mihi portus
entat, ſcopuli incuruo quem murice cingunt
gentes, vaſtiq. maris ſiletvnda refuſi.
icoleo Diui hunc portum de nomine dixi,
ectantem longe ditiſſima littora Cubæ.
d latus acceſſi Cubæ, qua ſpectat ad Auſtros,
iitij apparet tantum Iamaica diues,
rtorumq. ſimul vario lætiſſima cultu.

Unum

vnum habet in medio ſublimi hæc inſula montem
Vertice, qui latis tangit radicibus æquor:
Et ſeſe circum procuruo a littore tollens,
Paulatim molli aſcenſu ſe attollit ad auras,
Et media excelſum monſtrat tellure cacumen:
Vnde licet ſpectare rates ſua tecta petentes,
Quæ celſo impoſuere iugo: quotiensq. feroces
Cannibali accedunt, ſummo de vertice currunt
Cum ſtrepitu, primasq. ineunt in littore pugnas.
Nam ſemper cum Cannibalis bella aſpera ducunt.
Hanc gens dura colit, longoq. exercita bello
Hoſtiles contra incurſus, contraq. Quiqueiæ
Finitimos. volui feſſam ter ſiſtere claſſem
Littore iam capto, claſſem ter reppulit hoſtis:
Et loca nota tenent, opponuntq. agmina noſtris
Puppibus: adprenſa tandem tellure, ruentem
Ad littus turbam aggredior: quæ neſcia cuiquam
Terga dare, a patria noſtros pellebat arena.
Pacati ſunt tandem animi, preſſiq. tumultus,
viſuriq. nouas gentes ad littora currunt.
Linquimus hanc etiam terram, Solemq. ſecuti
Occiduas verſus terras, currentia vidi
Torrentis fluuij in morem freta lata, ſinusq.
Innumeros, centum & ſparſas per cærula terras.
Dum vero impellunt a tergo flamina puppes,
Sub noctis tenebras, Cubę nos accipit ingens
Iridis in faciem portus, atq. vnda ſilentis
Oceani, quem feruenti tutantur ab æſtu
Aequoris, & magno ventorum a turbine colles
Hinc atq. hinc ſtantes; quo nos ſubſiſtere viſum eſt.
Protinus optatam in terram deſcendimus omnes,

Intramusq.

ntramuſq. domos non longe a littore binas :
n quibus innumeros piſces ardente videmus
mpoſitos pruna, aut transfixos corpora vallis.
Accedo propius ſiluam, quę fronde virenti
icinas ædes pelago, littuſq. tegebat.
Qua nexos vidi ramis frondentibus angues:
Atq. aſtricta alios conſpexi funibus ora:
Auulſos alij dentes, nec fallor, habebant.
Serpentes alit innumeros hæc inſula, qui non
mmittunt membris hominum letale venenum,
Aut tactu, morſuve ſuo: ſimiles Crocodilo
Aſpectu, membriſque, ſed haud tam corpore vaſto.
egius hic cibus eſt: hos fruſta in paruula ſectos
nfigunt verubus, domibuſq. epulantur auitis.
um vero poſitis in littore veſcimur omnes
iſcibus, aufugere viri: ſed Didacus illos
Accedens linguam edoctus, moreſq. Quiqueię.
Ad nos deduxit, dedimus queis plurima dona.
nſula Cuba tenet mores, quos ipſa Quiqueia.
Lunam, Solemq. colit: ſimilemq. relinquit
æredem, & fruges ſimiles proiectat in aruis.
genio felix eſt gens, & mitis, & expers
rmorum: ſua rura colunt, cupidiq. videre
duectas nuper longinqua per æquora gentes,
ſcendunt, puppesq. petunt, ſecumq. caniſtris
notas portant epulas, lymphamq. miniſtrant,
læti feſſos deſcendere nauibus orant.
Conſita erant paſſim denſis hæc littora, & altis
rboribus, patrios fructus quæ ferre ſolebant.
tore in hoc adeo calidarum eſt flumen aquarum,
x vt fumantes poſſit contingere lymphas

D Ipſa

Ipſa manus:longo hic ſe fundit in æquora tractu.
At procul ingenti fumant freta ſalſa calore,
Feruentes nec erat tutum tranſire per vndas,
Qua pelagi inuoluebat aquis ſe fumidus amnis.
Iamq. diem nitidus ducebat Lucifer ore
Purpureo,& luce infuſa fulgebat Olympus:
Cum noſtri videre ratem, qua per mare piſces
Captabant nudi nautæ:tunc cominus illos
Aggredimur leuibus vicina per æquora cymbis.
Intrepidi nos expectant,gaudentq. profundo
Oceani ignotas illis ſpectare carinas.
Illi etenim vtuntur nulla compage carinis
Intextis, ſolido,atq. vno ſed robore,& vndas
Sulcant remorum valido tantum agmine freti.
Non illis velorum vſus,non nautica noſcunt
Arma ratis,non aſtra polo ſurgentia ſeruant.
Vim nullam intulimus nautis piſcantibus alto.
Sed tibi nunc mirum dicam,dignumq. relatu.
Hic piſcis pelagi eſt clarus venator in vndis
Quiqueiæ, necnon vaſtæ circa æquora Cubæ,
Anguillæ ſimilis noſtræ,ſed corpore maior,
Et facie informi,noſtris non notus in oris.
Hic piſces inſectatur,veluti canis acer
Errantes capreas campiſq. & montibus altis:
Multiplices cuius ſquamę certo ordine corpus
Permiſtæ ſpinis velant, veluti rubus aſper.
Hunc Guaicanum appellat gens incola piſcem.
Pellem habet hoc monſtrum ſumma in ceruice, ſupraq;
Squallentes humeros,ſupra & ſquallentia colla.
Piſcator trahit hunc intorto fune reuinctum,
Obſtrictumq. ratis lateri,patrijſq. ſub vndis

Pabu

abula captiuo noctesq. dieſq. miniſtrat:
ffixa eſt læuo lateri nam pinea ſedes,
uam colit, æquoreas cum voluit turbidus vndas
uſter, & ex alto cadit imber, & Eurus arenas
ttollit ſupra ſcopulos: tunc ſueta ſub alto
ornice tecta petit, tutuſq. quieſcit in vndis.
uce noua piſcoſa tenet loca nauta profundi,
t ſecum ducit vinctum per cærula piſcem;
tq. vbi ſquamoſam gentem per marmora cernit
rrantem, aut longe grandi teſtudine viſa,
emittit ſubito funem: tunc ille per æquor,
eu liber, tacitus graditur, ſecumq. rudentem
ucit, & oblatam ſequitur per cærula prædam:
c contra ruit hos animis, & robore fidens.
npoſitam dorſo pellem mox explicat omnem,
nplicat & piſcem coniecta pelle, tenetq.
trepidus, ſpiniſq. ferit (nam carcere nigro
unc frænat.) tunc nauta vigil de gurgite funem
aulatim trahit ad littus, captoſq. ſub vndis
uctantes ſimul adducit: ſed cum prope littus
cceſſit noua præda, leui piſcator in altum
at ſeſe celerans ſaltu, prædamq. per æquor
ſtinet: accurrunt comites, pariterq. labori
ccedunt: at piſcis ouans captiua tenaci
rpora pelle tenet pelago, ſemperq. teneret
npauidus, patrio dum viueret æquore: ſed cum
elum haurit, pellem laxat, prædamq. relinquit:
celer æquoreis mox ſeſe fluctibus abdit.
le etenim cælum haud noſtrum, non aera noſtrum
erre poteſt; ideo nautæ piſcem æquora ſupra
ollunt, vt captam linquat viſo aere prædam.

Sępe etiam varios glomerato examine piſces
Inſidijs rapit, & viſa teſtudine contra
Tendit iter: nam dum placido noua pabula quærit
Conchà mari, tenet ora ſuæ non præſcia mortis
Exerta, & nullas paſcens timet æquore fraudes.
Hic piſcis maria alta colit, piſcator & omnis
Vnum habet, & facilis pelago quærentibus ille eſt.
Quattuor hi conchas nobis, piſceſq. dederunt.
Nos illis contra dedimus gratiſſima dona.
Pandimus has inter dum vero lintea terras,
Indigenæ ruere ad pelagi caua littora gentes,
Et panem, & fructus, & ſecum ferre volucres,
Intentiq. oculis noſtras ſpectare carinas,
Dicere & e cælo nos deſcendiſſe ſupremo.
Inſulæ ſe hoc pelagi tractu tollebat eodem:
Qua vidi tantum ſinuoſa ad littora toruo
Aſpectu, turpiq. canes, quos educat illa
Barbara gens, illoſq. neci demittit, & exta,
Cunctaq. membra coquit, menſiſq. epulatur auitis,
Et conſanguineas vocat ad conuiuia gentes.
Hos referunt ſine latratu componere Soles.
Vidi ego verberibus domitum, non edere vocem,
Non gemitus, non latratus, dum linqueret auras
Vitales tandem ſub fuſte & verbere torto.
Sed dum ſulcarem has inter rapida æquora terras,
Ingredior pelagi non tuto in gurgite fauces
Anguſti pelagi: hic poterat non nauita retro
Vertere cunctantes iam feſſo remige puppes.
Pontus erat niue candidior, ſparſuſq. recenti
Lacte videbatur paſſim candeſcere fluctus.
Luna tenebat iter medium ſublimis olympi,

um maris intrauit ſcopulos prope littora tendens
uppis iter, Zephyriſq. legens felicibus oras.
Dumq. darem Cubæ turgentia vela per vndas,
Mons procul oſtentat ſeſe denſiſſimus vmbris.
unc feſſi petimus montem, ſiluiſq. ſubimus
mbriferis, quarum ſummo de vertice fontes
urgebant, raucoq. ſono vada ſalſa petebant.
Hic pinus ſeſe in cælum pulcherrima tollit:
almaq. ſumma petit cæli conuexa flagellis.
unc nautæ ingreſſi ſiluas ligna arida ferro
indebant, liquidiſq. implebant fontibus vrnas.
Dum vero legerem has inter freta concita terras,
ic miles captare feras aſſuetus, opacam
t ſiluam ingreſſus, vidit qui veſtibus albis
dutos homines vſq. ad veſtigia: qui tunc
ertit iter, meq. admonuit vidiſſe togatam
oc nemore aerio gentem: tunc lætus in altam
miſi ſiluam ſelecto ex ordine certos,
i nemus vmbroſum tranſgreſſi, haud tendere greſſus
cæptos potuere vltra; namq. herba tegebat
urima planitiem camporum, aditumq. vetabat.
Tunc ſubito rediјt miles, redienſq. ferarum
randia conſpexit veſtigia tramite in alto:
rcuſſuſq. metu mentem rediјt celer ad nos.
rte alia ſiluam ingentem fragantia verſus
ttora conſpexi, quam vitis plurimus ambit
mpinus, innectitq. comas, ramoſq. virentes.
tus ad Heſperium tali de vite racemos
ttulimus ſucco grauidos, dulciq. ſapore.
q. grues magnas per paſcua florea vidi.
s tractus regionis aquæ obduxere paluſtres,

In quibus ad ripas conchilia lucida vidi.
At dum vela Notus tendit, flatuq. ſecundo
Aſpirat noſtris ratibus, procul ardua nautæ
Culmina terrarum aſpiciunt, lucoſq. ſonantes.
Vertimus huc læti curſum, qua vaſta ſecundum
Aequora ſe geminę tollebant rupibus ædes.
His domibus vir ſolus erat confectus & ęuo,
Et macie, & nulla velatus corpora veſte.
Hunc ducunt propere ad naues, & ad æquora, quē mox
Didacus interpres dictis compellat amicis:
Et fari hortatur, cui ſint hæc ſubdita regno
Littora, quæve habitent trans montis culmina gentes.
Sed captus non dicta capit, nec percipit aure:
Ille tamen montem hunc vltra ſigniſque, manuq.
Monſtrabat populum eſſe alium, Regemq. potentem,
Qui ſeſe indueret diuerſis veſtibus, vt nos.
Tunc cupidi verſus iuga celſa rateſq. ſinuſq.
Dirigimus primę ſoluentes tempore lucis.
Dumq. maris molimur iter per cęrula, centum
Occurrunt nobis lintres, ſigniſq. ſalutant:
Miranturq. nouas puppes, habitumque, viroſq.
Armatos, oſtroq. duces, auroq. nitentes.
Hoc etiam tractu longo conchilia multa,
Quę baccas gignunt limoſo in littore vidi.
Me tenuit mora nulla loco: ſed protinus vltra
Progredior: nec erat rupes, nec culmen in ipſo
Littore, fumiferos quod non effunderet ignes.
Dum legimus ſcopulos, & procurrentia ſaxa,
Et quæ ſpectabant Auſtrum, & quę littus Eoum,
Tercentum poſitæ ſinuoſo in marmore terrę
Apparent, denſis ſpectandæ frondibus omnes.

Inuitus

Inuitus tandem conuertere lintea cogor:
Namq. omnis vario ventorum turbine puppis
Victa erat,& comites feſſi, & fracta omnia noſtra
Arma ratis longũ ob curſum,& maria aſpera Cubæ
Tardaq. claſſis erat,qua iam mare laſſa vadoſum
Preſſerat,& laxis acceperat æquora rimis:
Panis,& Oceani emenſis corruptus ab vndis
Nauticus,atq. omnis rerum iam nauita feſſus.
Vt me tunc poſitum conſpexi in limine leti,
Suſtuli ad alta oculos ſupera , & ſic voce parentem
Vnigenæ Chriſti lacrymis ſum fatus obortis.
Dauidica o proles Virgo,qua clarius vllum
Lumen,nec terræ,nec habent celſa atria cæli:
Reſpice nos,audiq. preces.non te duce Syrtes ,
Aut Maleæ horrendas cautes , fluctuſq. timebo.
Deinde ferit tumidum contis mare nautica pubes,
Nec curat venturam hiemem,ventoſq. procaces.
Haud longum in medio tempus,freta mota quierunt,
Et circumſtrati fluctus,Zephyriq. reſedit
Spiritus,& cęlo tempeſtas clara refulſit.
Tunc me me ad ſocios vertens , ſic ſum ore locutus:
Vidiſtis pelagi inſidias,murmurq. minaſq.
Ingeminare notos,piceamq. inſurgere noctem.
Mox poſuiſſe notos,pacataq. murmura ponti ,
Et lucem pelago, & terris rediiſſe ſerena.
Sint quamuis ſine nube dies,ſine flamine noctes,
Attamen hęc non fraude carent , nec credere nautis
Huic monſtro ſeſe tutum eſt,nec lenibus vndis.
Sed dum nimborum crebreſcere prælia vidi,
Ipſe ſinum obliquo ſpirantia flamina contra,

Et nautæ ſubigunt remis fera per freta puppes:
Vncta natat pinus, quamquam eſſet feſſa profundo,
Dum redeo, Boreas me vexit in æquora magnis
Plena adeo teſtudinibus, vt nauita curſum
Flectere non poſſet magna ſine mole retrorſum:
Has fauces tandem euaſi:mox ęquoris alti
Ingentem tractum ingredior, qui gurgite ab imo
Scythonia magis albus erat niue, lacteq. puro:
Et paſſim niueis ſpumabant fluctibus vndę.
Ipſe gubernator metuens vada prona, propinquum
Contorſit proram ad littus, qua uenerat, & qua
Non ſpirant vada, nec ſcopulis immurmurat ęquor.
Et (mirum) nobis Cubæ venit obuia pubes,
(Nam nullos meæ gens populos turbauerat armis)
Plurima dona ferens ad nauem læta, palumbeſq.
Ingentes, quorum ſpirabat guttur odores
Aſſyrios: nos tunc accepto munere læti
Vela damus: quos & quondam metus acer agebat
In montes agitare fugam, nemorumq. latebris
Abdere ſe, nunc ad naues, & ad ipſa ruebant
Sponte vada, & noſtræ gratiſſima munera claſſi
Portabant panem, & lympham, virideſq. volucres,
Et varios fructus. quos tellus illa ferebat.
Hanc gentes quæ tunc habitabant littoris oram
Quod rectum eſt, ſeruant, viuunt ſine legibus vllis
Iudice non illis opus eſt, hi turpia damna
Non norunt, vlli ve nouas intendere lites.
Omnia ſunt illis communia gentibus, vt Sol,
Et Luna eſt: atq. arua colunt quantum indiget uſus
Nec quiſquam ſeruat ſua prædia: multa ſuper ſunt:
Iugera,

ugera, queis illic committere ſemina poſſent.
Non habet hæc regio felix Regem ve, tyrannum ve,
Aut ciuem, vitas & crimina caſtigantem.
Oppida non cingunt muris, non ſepibus arua:
Maitiumq. colunt tantum, iuccaſq. agieſque.
Hinc ego digrediens iterum rediturus eaſdem
In partes ſub caſum hiemis, placido feror Euro
Iamaicum ad littus, tepidũ qua ſpectat ad Auſtrũ.
Et latera illius vidi, & nemora ardua longe,
Et paſſim virides hortos, beneolentiaq. arua:
Auriferæq. illic detexi littus Hayti,
Atq. ignota mihi nemora, & non parua fluenta.
Ipſe viam hanc alacris tranquilla per ęquora iniui:
Dehinc ſancti portum Nicolai intramus; ibiq.
Accepit ſtatio feſſas tutiſſima puppes.
Portus erat circum ſaxis incinctus, & alto
Gurgite ſtagnantis ponti, quo clauſa ſilebat
Vnda, nec horriſonum pelagus, ventoſq. timebat.
Tanſirem Autumni dum tempore littus Hayti
Per tumidos pelagi tractus, perq. aſpera ſaxa,
Quærebam vigil ipſe locum, quo condere poſſem
Littore procuruo feßas cum remige puppes,
Me Deus interea iuuit, dum Solis in ortu
Aſpexi terram, quæ reſpondebat Hayti
Littoribus curuis contra, quam nomine dicunt
Adamanam indigenæ: validis has inter vtraſq.
Deferor impulſus ventis, vbi nocte ſequenti
Paßa ſuo de more graues eſt Luna labores.
Tempeſtate eadem quinq. horas, atq. trientem
Cognoui Gades inter differre, mariſq.

Quos

Quos ego ſulcabam, abrupto cum ſidere, fluctus:
Turbati quæ cauſa maris fuit, atq. procellæ.
Cete inſtar monſtrum horrendũ vada turbida tranã:
Venturam ob tempeſtatem, nec habere receptus
Iam tutos poterat, ponto ſe immiſcuit atro.
Tunc ego me in portus penetralia: et in caua ſaxa
Addideram multos Soles: ſed poſt vbi vidi
Pacatum pelagus, direxi carbaſa uerſus
Optatos portus, ſperatæ & littus Hayti.
Hic vbi germanumq. meum, comiteſque, rateſq.
Inueni incolumes, populum & parere volentem,
Atq. nouã ſtruere eſt uiſum hoc tunc littore puppẽ,
Quaſſataſq. Notis aliquot ſarcire carinas.
Miles tela nouat, diſciſſaq. carbaſa nautæ,
Cum grauis Autumnus ſiluis ponebat, & aruis
Innumeros latis fœtus: reditumq. parabam
Cannibalum in terras, vt poſſem exurere ſedes,
Illorumq. rates flammis, & perdere ferro:
Vicinaſq. illis gentes, populumq. timore
Soluere finitimum. ſed enim grauis occupat oſſa
Morbus ob inſomnes tot ductas per vada noctes.
Semianimiſq. dehinc Iſabellæ vectus ad vrbem
Me leto tandem eripui, rurſuſq. redire
Vinique, frugumque, oleiq coegit egeſtas
Littus ad Hiſpanum. namq. illis nauita noſter
Non poterat, mileſq. cibis aßueſcere, quos fert
Inſula; ad Hiſpanum decreui tendere littus:
Euenere mihi ſed quæ prius ordine dicam.
Nos Vrbes geminas populi vt fundaſſe, nouaſq.
Aedificare domos videre, & tollere cęlo,
Cingere

ngere & ingenti foſſa, & circumdare vallo,
premere imperio terras, atq. æquora circum,
Confeſtim exarſere animis, petiereq. caſtrum
nanimes Diui Thomæ cum milite multo;
illaruntq. noua muros foſſa, atq. corona.
ius erat dominus tunc Rex Caunoboa, genteſq.
ius menſem totum obſidione tenebant:
ud pauidi noſtros in prælia ſæua vocantes.
im caſtrum poſui dictum de nomine Thomæ
eterno rerum domino in regione Cibaui.
xea ſitq. licet tellus, vaga flumina multo
ttamen effulgent auro, cum præcipue ſunt
ibribus aucta, trahunt madidis de montibus aurum.
ctutum hanc arcem præcinxi ceſpite viuo
rmiſtis fruticum virgis, & robore ſecto,
trabibus fractæ vicino in littore puppis:
ſeſe poſſet defendere miles ab hoſte
cluſus, ſi qua interea fors aſpra fuiſſet:
legiq. locum ſupremo in colle, procul qui
ectabat regionem omnem, monteſq. remotos.
nc arcem intrauit bello præclarus & armis
argaritæus princeps, dehinc ductor Hoedas:
c caſtrum indigenæ ſe vincere poſſe putabant,
Guacanarillus quondam, qui funditus arcem,
am noſtræ fecere manus deleuit, & igni
adidit, & noſtros vita ſpoliauit; adeſſent
n pauci, & Rex rupiſſet fœduſq. fidemq.
Sed cum cœpiſſet magnum increbreſcere murmur
ſidione premi noſtros in monte Cibaui,
rmari pedites iuſſi, lectamq. cohortem,
imoreſq. equitare viros; tunc cornua rauco
Clangore

Clangore inſtrepuere cauum per inane, frementeſq.
Alipedes in bella mouent, grauiterq. iuuentus
Sæuit, ob oſcuro ſocios in carcere clauſos.
Mox iter arripuere duces nullo ordine: ſed cum
Hæ gentes videre procul volitantia ſigna,
Deſeruere locum, & montes petiere ſupremos.
Hoiedas, cui credideram noua mœnia caſtri
Iam liber, certos duxit, certoſq. reliquit,
Qui curam gererent arcis: mox obuius illis
Proceſſit, qui ſubſidio ſub nocte ſerena
Ibant; tunc acies iunctæ quæq. obuia morti
Corpora dant, mox Hoiedas ſe contulit ad nos,
Et totam ſeriem facti, remq. ordine dixit.
Illum ad Caunoboam decreui mittere regem:
Vlterius bello vt nollet contendere mecum,
Suaderetq. illi iniuſtis diſcedere ab armis:
Inter nos coeant potius ſed fœdera pacis.
Dumq. moram traheret Rex in regione Cibaui,
Miſſi etiam legati aderant mandata ferentes
Ad regem, vt gentem ſumptis detruderet armis:
Quę duro imperio circum ſua regna tenebant;
Quorum vnus Regem alloquitur. Rex inclyte, tu nunc
Non ne vides gentem hanc noſtras ſubiungere terras
Imperijs auſam, & tot vectigalia numquam
His noſtris audita locis imponere, circumq.
Aequoreos alias ſub leges mittere tractus,
Condere & his noſtris etiam noua mœnia terris?
Illorum tanta eſt animis innata cupido
Rumpere tranquillam pacem, & longa otia, noſq.
Cogere ſeruitio, & duro parere tyranno.
Quin etiam (heu facinus) noſtros infringere dicunt

vell

elle Deos,ſeſe penituſq. abolere,parantq.
pſorum ſacras euertere protinus ædes.
gricolę inſindunt patrios non amplius agros,
aicijq. ſolo non mandant ſemina,at aurum
npulſi inquirunt per terræ viſcera tantum,
Pro dolor) vnde fames noſtris regionibus orta eſt?
uid referam? vxores noſtras rapuere parentum
manibus,gremijſque; fuit non tuta iugales
ondum experta toros virgo:prædaq. recenti
ucti,& auaritia ſeſe inuoluere rapinis.
atreſq. & conſanguineos, abductaq. furtim
gnora, ab inſolito miſereſcere milite deflent.
e dubita, cuncti venient in fœdera Reges
nitimi,ſparſæ circum hoc toto ęquore terrę,
uxilioq. omnes venient. rem nunc tibi dicam,
uam forſan minime reris. gens aſpera bello,
tq. a ſtirpe genus durum;hoc immite licet nunc
nobis,regniſq. alijs,tamen arma capeſſet
s contra,cum nos victos,alioſq. videbunt,
id idem tecum facient: quos ſęuus aperto
duena hic,inſequitur bello,tellure,marique.
Auxilioq. aderit nota inſula Madanino ,
am Caribum vxores habitant , gens effera ſumptis
cubus,& iaculis:vllos quę non timet hoſtes ,
duerſaq. acie pugnans non vulnera vitat,
rat in hoſtiles eadem quot tela phalangas:
ia contento tot vulnera dirigit arcu.
Talia vociferans, cunctis mirantibus,aulam
tor ſtrepitu ingenti,fremituq. repleuit,
ulit,& capere arma, locumq. inuoluere flammis.
te alia Hoiedas ſuadebat fœdera Regi

Iungere

Iungere, amicitiamq. nouam cum Rege potentis
Heſperiæ, poterat ſolus qui vincere gentes
Occiduas, ne dum hos populos: quorum otia tantum
Delectant muliebrem animum, non bellica virtus.
Verborumq. memor ſit Rex, quæ plurima Cemes
Iam cecinere ſui. ſtabat velut ardua cedrus
In Lybano ſita: quam Boreę fera verbera flectunt
Huc illuc, coguntq. comas contingere terram
Interdum, fractaſq. ferunt per inania frondes.
Blanditijs tandem, atq. aſtu deduxit Hoedas
Ad me Caunoboam Regem : qui poſt vbi captum
Se vidit, animum varias conuertit ad artes,
Conſcius ipſe ſibi ſceleris: nam fortia leto
Viginti dederat noſtrorum corpora nuper.
Non aliter frendet, quam lapſa in retia tigris,
Quæ modo vi propria, modo dentibus, & modo aduncis
Vnguibus, aut aſtu perrumpere vincula tendit.
Admonet & fratrem collectas ducere gentes
In bellum: mora nulla vocat germanus in arma
Subiectos Regi populos, vicinaq. cogit
Auxilia, & vaſtant cultoribus arua remotis.
Horridus ante aciem in iaculis, vultuq. minaci
Caunoboæ germanus erat, nec terruit illum
Armorum longe fulgor, ſonituſq. tubarum.
Hic gentes in quinq. acies diuiſerat, & dux
Expertus bello pugnas de more ciebat,
Atq. inſtigabat lætis clamoribus alas,
Oppoſuitq. ſuas contra agmina noſtra cohortes,
Stans medius. cernens Hoiedas tutius eſſe
Leuam aciem noſtris armis inuadere; aperto
Agminibus quam tot iunctis concurrere bello.

hinc dubius ſtetit an primum proſternere nodum,
n dextrum vellet peditum, cornuve ſiniſtrum
miſſis turbaret equis: ceu ſæua leæna,
uæ videt in ſpecula ſiluis errare iuuencos,
rte alia gregibus permiſtos carpere gramen
tonſum cernit ſubter nemora ardua tauros.
a animum rapit huc illuc, an florea curſu
ata petat, laceretq. gregem, pariterq. iuuencos
uadat, dubia; in tauros reſoluta feroces
ertit iter: ſic Hoiedas cum milite lecto
ggreſſus cuneum eſt dextrum: nam dehinc vbi vidit
orum ductor, princepſq. expertus, Hoedam
lgentem phaleris, flammaſq. vmbone vomentem
galea, ſecumq. metum, ſtrepituſq. ferentem
nibus immiſtos, & equo clypeata regentem
gmina, non aliter pugna perterritus hæſit,
uam lupus, Atlantis ſequitur dum per iuga tauros,
eria longe ſpectans de rupe leonem,
rfuſum latos humeros, atq. ora cruore.
i animus ſubito iniecta formidine torpet,
ec verſare dolos, audet nec fidere curſu,
on animus contra ire cupit. mox ille vbi vidit
ctum intra teli pugnam aduentare, remiſſis
nc loris equitum erupit clamore, & equorum
ctoribus ſtrauit pugnantum corpora curſu,
belli nodo, læua de parte timorem
miſit: fugere alij per prata, cauaſq.
r rupes, tenuere viam, pacemq. petebant.
ctorem belli captiuum duxit Hoedas.
Accidit & noſtris ſors hæc aduerſa carinis,
pedijt quę claſſis iter: nam ſideris ortu

Sub

Sub Cancri Eoo ſurgens de cardine venit
Turbo ingens; qui præruptis radicibus imis
Euertit, ſtrauitq. ſolo, & nemora ardua longe
Planitiem in latam traxit, pelagiq. procellas,
Et tumido fluctu radiantia ſidera tinxit;
Immerſitq. rates vndis, & vincula rupit,
Namq. mare in terram irrupit cum turbine vaſto;
Quiqueiæ & pariter littus, vicinaq. ponto
Proluit arua, domoſq. maris deuexit ad vndas.
Iamq. fere amiſſis ratibus in gurgite, triſtes
Pectore voluebam curas: hinc bella premebant
Cannibalum: hinc tanto quaſſatæ a turbine puppes:
Hinc feſſi comites, illinc penuria rerum.
Hæc animis potior nobis ſententia ſurgit:
Iuſſi ego tunc ſubito geminas aptare carinas,
Atq. rates refici, perfractaq. tranſtra nouari.
Certatim ſocij incumbunt, & in æquora claſſem
Deducunt, Taurus cum ſeſe attollere cælo
Inciperet. nos exorto iam Sole tenemus
Aequoreos curſus ratibus: ſed fratre relicto,
Qui late regeret populos, & quem penes eſſet
Imperium maris Oceani, atq. exercitus omnis.
Ducebam mecum hos geminos per cærula Reges,
Hi teſtes mihi ſunt proceres, quos non mala febris
Corripuit, non morbus edax mœrentia preſſit
Corpora, ſed miſeros dolor ingens abſtulit, vt ſe
Viderunt duci captos ad regna potentis
Heſperiæ, quam diues aquis fœcundat Iberus.
Ad Gades redij ſine tempeſtate remenſo
Aequore, & ad Regem noſtrum ſolita vrbe morantem

Su

'ub veris tepidos Soles. Rex protinus armis
nſtructas octo puppes, atq. ęra, manumq.
.ectam hominum, viniq. cados, frugeſq. miniſtrat,
Atq. illas ſoluens Hiſpano è littore tandem,
)eueni exiguam tota cum claße Maderam,
:t miſi ad fratrem naues; mala & aſpera ſed ſors
?uiqueiæ nobis inimicas detulit oras,
oldanus quas, & ſocij ditione tenebant.

DE NAVIGATIONE CHRISTOPHORI COLVMBI LIBER TERTIVS.

INDE ego digrediens ternis cum puppibus ęquor
Ingredior maris, hic ſparſas per cærula terras
uenio, quas Heſperidas coluiſſe ſuperſtes
ama refert: has infectas vitio aeris oras
fugimus, denſaq. ſimul caligine cælum.
Dehinc teſtudinibus plenum tandē ad mare veni,
pplicuiq. rates ignoti ad littoris oram,
uod gentes habitant diuerſa per æquora vectæ,
uas ſcabies mala pertentat, quam ſanguine largo,
gelido illarum tingunt, niueumq. colorem,
uiſamq. luem toto de corpore pellunt.
as ſolum mandunt egri, dum corpora curant
Inſula non longe poſita eſt, quæ vertice ab alto
circum latera, & circum iuga celſa ruebat
nitos cęli rapido cum turbine tractus,

Cum ſpirant contra validi de partibus Euri,
Et caua percurrunt immiſſis flatibus antra,
Ardenteſq. globos flammarum ad ſidera voluit
Sulphureo immiſtos fumo,atq. bituminis aura.
Non ſecus Aetna ſolet luce expirare cauernis
Sicanijs volucres fumos,& noctibus ignes.
Atq. viam tenuit vaſti maris ærea pinus
Auſtralis,tandemq. in feruida marmora ponti
Rūpimus.hic calor Auſtrinus mēbra,oſſa,medullaſq.
Intrabat,nec erat requies:nam mole fluebat
Corporea immundus ſudor calefactus, & aer
Pene ipſa vrebat caua vela,grauiſq. carinas
Vexabat feſſas pelagi ſine murmure feruor:
Atq. cados æſtus ſcindebat, & arida tranſtra:
Nauita nec poterat tantos perferre calores.
Et tunc tempus erat,quo meſſor lætus ariſtas
Colligit,& late Cancri ſub ſideris ortu
Aeſtuat omnis ager, campiq. ardore dehiſcunt.
Interea hic octo Soles ſine flatibus vllis
Ventorum,placidus tanto in diſcrimine pontus
Oppreſſum me detinuit, vbi nulla ſalutis
Spes erat,& iuuit nos tunc denſiſſima nubes,
Quæ texit tractum hunc pelagi,noſtraſq. biremes.
Hic ego me cęlo vertens ſum talia fatus.
Eripe me his,Pater alme,malis,et per mare vect
Reſpice in ignotas ſyrtes,da tendere curſus
Poſſe ratem ad portum , tantamq. euadere peſtem
Adſis o Virgo alma precor ſanctiſſima,namq.
In ſua vota vocat te nauita,cum mare fundo
Aeſtuat, & rapidi voluunt freta feruida venti.
Inq. fugam infeſto conuerſus miles ab hoſte
Te ſemper vocat auxilio:ſiluiſq. viator

Luciferi

uciferi inſidijs hominum deprenſus in ortu
Alta ſuos tendens ad cęli ſidera vultus,
atronum duce te ſperat ſe euadere fraudes,
nigenamq. tuum, mihi qui Dominuſque, Deuſq.
t fuit, & mihi ſemper erit, ne deſerat, ora.
Nec mora ſpirarunt vulturni flamina, & æquor
er placidum puppis fertur, roſtroq. profundum
gnotum ruit huc illuc, verſuſq. cadentem,
ua longe montes aperit, ſiluamq. comantem,
mpello Solem puppes, & verrimus vndas.
unc noſter ſeſe vertex ſubducere cœpit,
Aſtrorumq. alios hunc contra aſpeximus ignes,
Atq. aliam cœli faciem, quam noram ego primum
ſſe plagam Auſtrinæ partis: nam ſidera noſtris
lucent mage, temperies mitiſſima paſſim eſt.
pſa ratis vaſtis dorſum maris aſcendebat.
aud ſecus, ac celſum montem: ſed non tamen vlla
Ardua terrarum prope, vel longinqua videbam.
Tunc nos ignariq. viæ, trepidiq. calore
rotinus excutimur longinqua per ęquora curſu.
Atq. iterum ſeſe noſtris oſtendere cœpit
uminibus cælo vertex ſublimis ab alto.
Tertia lux tandem claro mitiſſima cælo
ulſit, & e noſtris ęſtuſque, calorq. receſſit
ſſibus, & membris venit vigor: inde per æquor
mmenſum tentamus iter, quo marmore vaſto
ulla videbatur circum ſe attollere tellus,
onſcendit malum Mendez vt cernere poßet,
minus Oceani tractus, tunc lumina vertens
Ad nos exclamat, longe ſe cernere terram,
uæ montes ternos monſrat, ſiluamq comantem.
uo lęto clamore, dolor procul abfuit omnis,

Et ſolitæ vires animo rediere, abijtq.
Pallidus ore color, noſq. anxia cura reliquit.
Sed non hoc potui propter vada proxima littus
Tangere: tunc illic ſiluas, & prata ſub vmbris
Arboreis, & littoreo beneolentia tractu
Gramina, & halantes conſpexi floribus hortos.
Proſequimur noſtros curſus: tandemq. ſub ortu
Auroræ, & Solis radiantia lumina contra
Ingentem portum intramus, quum lucidus inter
Signa Leo late attollit humeroſque, iubaſq.
Fulgentes, & triticeas terit area meſſes,
Agricolamq. labor durus ſub Sole fatigat.
Portus erat prope fontis aquã, quæ tramite lapſo
Gramineo pelagi fluctus, littuſq. petebat.
Huc nobis viſum eſt defeßas condere puppes,
Compageſq. ſimul quaßas coniungere, & arma
Inſtaurare ratis, curare & corpora feſſa.
Indigenæ nulli hanc terram, littuſq. colebant.
Vidimus his terris veſtigia multa ferarum:
Vicinum littus tacitis accedere remis
Aſpexi cymbam, quæ per uada ſalſa vehebat
Proceros membris iuuenes, quibus arma ſagittæ
Scutaque, & arcus erant, ſemiuſtaq. cuſpide tela.
Longa his cæſaries, & non intorta fluebat
Per latos effuſa humeros, nigrantiaq. ora
Inguina goſſipio cuncti, miſtoq. colore
Velabant, vittiſq. femur, at cætera nudi.
Ipſe hos & ſignis, & læta voce vocabam:
Queis non viſa prius oſtendi munera longe,
Et ſpecula hinc calybe e nitido, pateraſq. figuris
Diuerſis auro pictas, varioq. colore.
Aera foraminibus pertuſa, & concaua dulces
Tinni-

Tinnitus longe edebant,ſtrepituſq. canoros.
Tincta colore rubro ramoſa coralia panſis
Portabant nautæ manibus.Sed poſt vbi vidi
Neſcia muneribus noſtris manſueſcere corda,
Detorſi hos contra lecto cum milite proram.
Illi autem validis conatibus impellebant
Per pelagus retro lembum:nec dona putabant
Noſtra carere dolis:qui non caua vela,rateſq.
Ceſſabant ſpectare oculis,atq. arma,tubaſque,
Atq. intertextas argento,& murice lænas,
Et longe rauca ſtrid[illegible]tia tympana voce.
Tunc ego conſpiciens [illegible]blato munere me nil
Proficere, hic iuſſi iu[illegible]nes inflare cicutas.
Atq. ebur,& cantus p[illegible]ora exercere viciſſim;
Ducere & aſſuetas ſublimi in puppe choreas:
Illorum vt ſonitus animis dulcedine motis,
Ne fugerent:Cymbam ſiſtunt,remiſq. relictis
Arma manu intrepidi rapiunt,cantuq. vocari
Inſolito ſeſe in certamina dura putabant,
Ignari ſonitus litui,vocumq. canentum.
Noſtrorum pars tela manu, neruoq. ſagittas
Aptabat, necnon pugnæ ſe quiſq. parabat.
At ſignis pacati animos ad littora tendunt,
Deſcenduntq. ſimul,ſequitur quos cætera pubes:
Atq. inter ſeſe ſignis,nutuq. loquuntur.
Illi ſed poſtquam rectorem accerſere puppis
Me dextra videre,ruunt ad littora,& alnum
Conſcendunt veriti inſidias: volat illa per vndas,
Quos non inſequimur : ſed recto tramite vaſti
Proſequimur pelagi tractum, quo non procul ingens
Curſus aquę liquido veniebat ab æquore,qua Sol

Surgit, & occiduas tendit ſe vertere ad oras.
Inuia erat nautis, & non tractabilis vnda,
Quam tenui,& fateor toties me mille procellis
Iactatum, atq. in vota Deum me ſæpe vocaſſe,
Qua late feruet Scyllæ tumida vnda ſequacis,
Non me vexauit tantum tamen vllus in vndis
Terror, & iratum medijs in ſytibus æquor.
Vlteriuſq. ruens in aperta pericula, tandem
Inuenio immenſas hoc ipſo in littore fauces:
Ad quas ille ingens curſus tendebat aquarum,
Et ſe condebat ſinuoſo hoc gurgite ponti.
His ego naufragis decurſibus ora Draconis
Impoſui nomen. iuxta hæc iacet inſula vaſto
Cincta mari, non illa vllis habitata colonis,
Huic Margaritæ mihi nomen ponere viſum eſt.
Non nullos curſum tenui per marmora ſoles
Dulcis aquæ,quantoq. magis,PERENOTTE,cadente
Carbaſa vertebam ad Solem, tanto magis amnis
Gratus erat: tantus ſeſe erumpebat aquarum
Impetus in pelagi fluctus e faucibus alti
Fluminis occurrens ſalſis reſonantibus vndis,
Atq. inter ſeſe veluti certamen inibant.
Altus hic ad læuam præcelſo vertice ſe mons
Tollebat cælo, quem ſimius ora colebat
Horrida habens,nigroſq. oculos, caudamq. reflexã
Aſprum littus erat, nulliq. habitabilis ora.
Deſcendunt pauci in terram, qui ſat bene cultos
Paſſim agros cernunt vacuos cultore, domuſq.
Exiguas, qui forte habitabant montibus altis.
At latere e montis læuo videre patentem
Planitiem,quam nos petimus: venere ſed ipſi
Indigenæ

Indigenę, externas viſuri ad littora gentes.
Tellurem hanc Pariam ſignis, & voce vocari
Nouimus, & plenam populis, atq. vbere campi.
Moribus hęc facilis gens eſt, membriſq. decora.
Quattuor indigenas mecum per cærula vexi,
Vt loca vel ſignis circum, nutuq. notarent.
His mihi non viſum eſt Parię conſiderc regnis.
Sed dum littoreos me velle capeſſere tractus
Abnuerem, procul ecce ruit gens nuda carinas
Viſendi ſtudio ad littus, claſſiq. propinquant
Certatim innumerę ſcindentes marmora cymbę.
Puro colla auro ornati, gemmiſq. lacertoſq.
Armillis: petij ſignis quo littore baccas,
Totq. auri maſſas legerent. tunc barbara pubes
Per nutus reſponſa dabat, gemmaſq. repertas,
Atq. aurum fulua inuentum monſtrabat arena.
Armatos ego tunc vicina ad littora miſi;
Qui pelago, & ſiluis loca proxima cuncta notarent.
Horum ductor erat miles: qui vidit in orbem
Conſtructas ędes, nigroq. ſedilia ligno:
Aſt operoſa tamen portant ad littora fructus
Ignotos penitus noſtris, varioq. colore:
Alba ferunt, necnon & vina rubentia ſecum:
Non vuis expreſſa, tamen gratiſſima vina,
Fructibus innumeris facta, & pluuialibus vndis.
Sunt albi indigene, mites. placidique, nec vllum
Ipſorum hoſpitio, nec littore cominus arcent.
Inguina goſſipio velant, ac cętera nudi,
Qui vero miſſi fuerant exquirere montes,
Littoreoſq. ſinus, redierunt ad caua lęti
Littora, baccarumq. ſimul candentia ſerta

Portarunt,viniq. cados,fructuſque recentes.
His trahere haud ſiuere diu me tempus in oris
Corruptæ pelago fruges:ſed linquere viſum eſt
Has terras,iterum inuiſuro vere ſequenti.
Has Manacapanam indigenæ, ditemq. Cubanam,
Curianamq. vocant felices vbere campos.
Et vetuere aurarum animę,pelaguſq. vadoſum,
Præcipiteſq. maris curſus,nam turbine magno
Ipſa mouebatur huc illuc Regia puppis.
Syrtibus his tandem & breuibus,pelagiq.periclis
Emerſi claße incolumi,vada pręteruectus
Saxea: dehinc tenui iam laſſo remige tractus
Ingentis Pariæ,credens hanc eſſe profundo
Incinctam pelago,& metuens,dum vela per oras
Occaſus tendo credens me poſſe tenere
Littora Quiqueiæ: claſſis deuenit in altum,
Et rapidum flumen,cui cedat turbidus Ister,
Et Nilus,quamuis magno comitatus aquarum
Agmine ſeptenis campos maris intret apertos
Fluminibus paulo vlterius mox mæstus ad ipſum
Occaſum Solis verrebam cærula claſſe;
Queis paſſim (nec ficta loquor) viret herba profundo
Remigys inuiſa : rates fluitantia ponto
Semina tardabant virides imitantia baccas
Lentiſci,virideſq. maris ſub fluctibus herbæ.
Sed cum me in vaſtoq. ſinu , ignotiſq. viderem
Herbis implicitum,verto mea vela retrorſum
Ad Boream;fluctuſq. ſeco Quiqueia verſus
Littora,quæ tandem iam nota per æquora vecti
Prendimus,optataſq. diu deuenimus oras:
Cum grauis Autumnus fructus oſtenderet altis
Arbori-

rboribus, ſummiſq. in collibus vua ruberet.
auca ſuper celebri dicam , Perenotte, Quiqueia:
as inter fama quæ non eſt vltima terras.
 Caſtaneæ ſimilis folio eſt hæc inſula vaſto
incta mari;circum innumerum quam mille coronāt
ortuſque, & liquidi fontes,& ſtagna,lacuſque.
æc gens natura eſt facilis: nam poplite flexo
pſe ſalutabam quoties de more Parentem
nigenę Chriſti,genua inflectebat,& altam
Ad cęli ſua tunc vertebat lumina ſedem.
 Hęc minor Heſperia paulo eſt; quā quattuor inter
lumina lata fluunt,quę delabuntur ab altis
Montibus in medio poſitis,quibus inſula ſurgit.
unna petit curſu reſonans ingentia Solis
umina,& Eoum littus,Iacheq. ſecundus
oluit in Oceanum curſus,qua perfurit Auſter.
ertius incuruo decurrit Naiba cornu
Horrificum uerſus Boream,gelidoſq. triones.
Quartus Atibunicus tendit,qua lucida Solis
ampas ad Oceanum vergit,rutiloq. recedens
umine ſideribus terram,noctemq. relinquit,
Quattuor hęc numquam robuſtus flumina foßor
Aggeribus (fama eſt) cingit,vel ceſpite vallat;
Attonitus ſata lęta videt,non uecta per agros
ndantes,non tecta natant,non flumen abundans
nuoluit homines vndis,aut ordea foſſis.
educuntq. rates remis,ſed palmula noſtris
onge eſt diſſimilis mage,lataque,& ęquore lembum
rachia lenta trahunt, dehinc retro brachia ducunt.
amq. carent ſcalmis,vbi poſſint ponere remos,
 Quiqueię in cunctis fodiunt regionibus aurum:

Cibauo

Cibauo tamen in tractu, magnaq. Cubana
Eſt facile, illud enim non ſeſe abſcondit in altis
Viſceribus terrę, at primo ſe oſtentat ab ictu
Cuſpidis incuruæ, dum terram ſcindit agreſtis.
Sæpe etiam effoſſis fluuiorum quęritur alueis,
Qua rutilant vndæ: ſed cum cadit humidus alto
Humor, & vndanti tellurem verberat imbre,
Tunc miſtos auro latices vaga flumina ducunt.
Et paruus labor eſt ipſis: nam cęrula ſubter,
Atq. lacus, fluuioſq. natant: nec flatibus Auſtrī
Terrentur, ſubita nec tempeſtate recedunt,
Pars implet cumulo vannum fluuialis arenę,
Quem manibus geminis quatiunt: illa acta ſub aura
Effulgens flauis aurum ſecludit arenis.
Nō baccis, gemmiſq. carent hęc flumina, et omni
Quiqueię ſinus, & gemmę ſunt monte Cibauo.
Auri terra ferax parua in ditione Cotoi eſt:
Qua ſi quis tophum frangat, vel ſaxa cauernis.
Incluſa, apparent auri veſtigia fului:
Et venę elucent effoſſis rupibus auri.
Iamiroę flumen qua tangit littora fons eſt,
Qui ſubter mare ſe condit, & rurſus ad auras
Occulto rediens ſaxoſo erumpit hiatu.
Indicio eſt immiſſus aquis ex ſubere cortex
Aridu, aut folia effractis labentia ramis,
Quæ collapſa fluunt vna cum fontę ſub antris
Oceani, latebriſq. cauis, & vecta ſuperne
Illo eodem oſtentat vaſto ſe rupis hiatu.
Hęc tellus eſt cincta mari, denſiſq. cauernis.
Piſcator colit hos ſcopulos, & littora tantum,
Littora littoribus nimirum proxima, quæ ſex
Millia

Millia Quiqueię diſtant à littore magnæ.
fodiunt hac electri regione mettallum;
uod graue,quod ſolidū,atq. ſonās,fuluoq.colore eſt.
ccinaq. his etiam naſcuntur montibus,ipſiſq.
pecubs ſtillat flauus color, egregiuſque,
cceptuſq. ideo, & gratus pictoribus : illis
aſcitur atq. frutex ſiluis , qui grana coloris
roducit rubri tingendis veſtibus apta.
riptores fruticem hunc coccum dixere Pelaſgi.
ulcis aquę, ſalſęq. lacus ſunt montibus illis:
'anitieq: alij in lata,quos verberat amplis
tibus , & funda : piſces, pręd amq. reducit
d ripam piſcator . ego hunc fallacibus hamis
locui errantes per ſtagna liquentia piſces
llere , & intextis illos includere naſſis :
nficere atq. hamos docui , & detexere naſſam.
am capere agreſti non norat arundine prædam.
c naſſę non vſus erat , non tortilis hami,
Hic genus aucupij (viſu mirabile) dicam
to lacubus captant volucres,vndaq. paluſtri.
amq. lacus circum volitant immenſa volucrum
pia : diuerſis magnam quę piſcibus explent
gluuiem,atq. herba viridi , quæ plurima fundo eſt.
c mergi ſtagna ipſa colunt, coruiq. vagantes ,
umidaq. herboſis detondent prata ſub vndis.
ic olor albus , anas , varię fulicæ , hic caput anſer
lentans rutilum , ſtagnis cui corpore toto
ndor ineſt, niueo montana liguſtra colore,
tactaſq. niues ſuperans, floremq. Hiacynthi.
Naſcitur intra hortos , ſepemq. cucurbita ventre
mmenſo: cui parua parens eſt arbor Hibura:

Protinus

Protinus hanc aſſuetus aquis ſaxo cauat auceps,
Et ſiccat ſub Sole: lacuſq. & ſtagna per alta,
Perq. vndas late ſpargit: huc fluctuat, atq. huc
Illa lacu, qua conſidit genus omne volantum
Stagna colens, liquidoſq. lacus, craſſaſq. paludes.
Accedit mox ad ripam, & nigrantia colla,
Et caput, & latos humeros includit inani
Cortice: dehinc terebrat, qua ſpirat anhelitus, & q
Cernere paſcentes poſſit per ſtagna uolucres.
Artibus his fretus ſummo tenus ore liquores
Ingreditur, volucrumq. petit denſum agmen, & v
Per ſtagna incedit tacitus, centumq. vagatur
Alitibus permiſtus, aueſq. intercipit arte
Incautas, captatq. dolis, nam dum caput vndis
Demittit volucris, rimatur & humida roſtro
Stagna, cibos paſſim non alto in gurgite quærens,
Dextraque, læuaq. caput merſum implicat auceps,
Frangit & actutum guttur, prædamq. reponit
Extinctam læuo lateri, qua mantica pendet:
Perq. pedes etiam dextra furtim capit auceps,
Dum lætæ ſtrepitant in aquis, & roribus alas
Perfundunt, aliſq. vocant bipatentibus imbrem,
Quo plauſu percuſſa ſonat mota vnda, ſequentes
Nec ſociæ terrentur aues, fugiunt ve, ſed illam
Sponte putant demerſam vndis, ſolamq. vagari
Sponte lacu, & ſolitas lymphis ſtagnantibus eſcas
Quærere vel ſubter nando percurrere ripas.
Plurima nam fluitans per ſtagna cucurbita tutas
Reddit ab inſidijs anates; aliasq. volucres.
Sæpe ſedet capiti uolucris, quæ non timet vllas
Tunc fraudes, lacubuſq. volat, reuolatque, iterum

Aucupia

'ucupis inſidit capiti: dumq. illc ſub vndis
pectat aues, canit illa, ſonoſq. e gutture rauco
fundit, petit aut latices plaudentibus alis,
rneaq. ora lacu uolitans facto agmine mergit,
ucupis & dextra patrijs occumbit in vndis.
tq. alius tereti calamo confiſus, & arcu
lituum genus omne ferit per ſtagna ſagittis:
ſi forte cadit medijs moritura ſub vndis
rdea, ſtagna ſecat celerans, prædamq. reportat.
unc auceps morem ſemper non ſeruat eundem,
um volucres capit, interdum nam fronde virenti,
ua per ſtagna canunt volucres collumque, caputq.
nplicat, ingrediturq. ſilens tenus ore lacunam,
on longe a ripa liquidis ſtans rectus in vndis,
ua lætę ſtrepitant volucres, luduntve, cibumve,
mantur, pelagiq. parant trans æquora curſum,
t noſtræ faciunt volucres, cum littora linqūt,
urmatimq. petunt tepidos facto agmine ſoles.
t vero truncum arboreum, ramoſq. virentes.
foliјs bacciſq. graues videre uolucres
medijs ſtantes vndis, necis inſcia turba
duolitant, ramiſq. ſedent fallacibus, illicq.
xercent ſolitos cantus, alacreſq. vagantur.
t tamquam tutæ reuolant ad frondea tecta,
pedicas, fraudeſq. petunt, pariterq. morantur
raudibus ignaræ falſis ſe fidere ramis.
allidus aſt auceps ſenſim roſtrumve, pedemve
rripit incautis auibus, captiſq. repente
laudit iter vocis læua, dextraq. premendo,
erreat ut nec aues ſtrepitu, neu ſanguine lympham
ficiat, lateri annectit, qua mantica pendet.

Hic

Hic pręceps it ſalſus aquas de montibus altis
Babua, qui liquidos diuerſo a fonte liquores
Colligit, & terram Maguanam interluit vndis.
Non alit hic vllos, vt cętera flumina, piſces,
Vndanti nec prata ſuo rigat, aut ſata curſu,
Auriferas ſalſum hoc non torquet flumen arenas.
Accipit hunc terra alma ſinu, conditq. latebris,
Nec pelagi contingit aquas, nec cornua mergit
Oceano, aut illum gremio maris accipit vnda.
Planities hic magna iacet, campiq. patentes:
Quos circum montes excelſo vertice cingunt.
Commoda frumentis hęc ſunt, & vitibus arua,
Et pecori haud ingrata ſeges: nam gramina miris
In vacuum ſe lęta modis de ceſpite tollunt,
Quæ non lædit hyms ſpirantibus aſpera cauris.
Non nix alta tegit, bruma aut glacialis adurit.
Non procul innumeri ſunt hic per paſcua fontes:
Quorum ſunt latices aito ſub gurgite ſalſi:
Fontis at in medio triſtis ſe effundit amaror:
At qua fons ſummas oſtendit lucidus vndas,
Dulcis aquæ ſapor eſt, gratuſq. bibentibus humor.
Sunt populi agreſtes Zauanæ, qui loca celſis
Montibus alta colunt. & ſeſe nocte cauernis
Occultant, ſaxiq. ineunt ſub fornice ſomnos.
Rura, domoſq. nihil curant, aut atria, ſed quas
Vallibus in patriis rupes natura cauauit:
Et fructus, quos ſponte tulit ſilua ardua, carpunt,
Et liquidos ſemper fontes, aut flumina potant:
Aruaq. non curant, alias nec quærere ſedes.
Hęc gens finitimos ſpernit, carpitq. quietem
Aut ſiluis, aut valle caua, vel montis in antro.

Poſt-

ſtquam Veſper adeſt,noſtiſq. ſuperuenit vmbra,
ie errat amor: Sed non noua cura quietem
llicitat; non bella mouet, non cogit amantes
d letum informe; aut ferro per pectus adacto
ppetere: aut cum porta tonat reſonantis Olympi
rbatos penetrare ſinus veniente procella.
c amor eſt ſemper ſimplex, & ſemper inermis
udia nec miſcet curis; hic nullus amanti
uidet;aut aliquam ſimulans ſpe ludit inani.
umano hos cuncti dicunt ſermone carere.
eloces mage ſunt alijs, qui lata Quiqueię
gna colunt: campoq. canis Spartanus aperto,
ut ſilua in longa curſu non vinceret illos.
ſi forte aliquis montano in vertice cernit
anc gentem,tunc terga fugæ palantia nudat:
nulli niſi nota feris petit antra per vmbras.
empore non vllo gens hæc manſueſcit, & omnes
ngreſſus fugiunt hominum, & commercia rerum.
Hic *ſunt æquales paruo diſcrimine Soles,*
ue hyemem,ſiue æſtatem Sol ducit ab alto
ethere: & hæc cauſa eſt,cur numquã prata recẽtes
mittunt flores, aut arbos frondis honores.
Sal quoq. lucidior vitro eſt Diagonis in altis
ontibus hunc ſcindunt cuneis, nec copia parua eſt.
Planities magna hic late eſt, quam latifluus fons
tq. alij humectant, qui numquam frigore torpent,
ut acri ſub Sole calent, nec paſcua flores
enudant folijs: aret nec caltha ſub ortu
arij canis: aut ſiluæ ſpoliantur honore.
ere nouo folia ipſa cadunt, non frigore primo
utumni,& ſubito redeunt, vetereſq. videbis

Cortici-

Corticibus ramos, ſolitaq. vireſcere fronde,
Namq. comam ponit pratum, & ſe veſtit eodem
Vere, nouoſq. parit (referunt) de germine flores.
Nec crepitās grando teneras quatit horrida frond
Siluarum, gelidusve cadens e nubibus imber
Aerijs, herbas vrunt nec frigora brumæ.
Eſt tractu longo vallis, quam Guarioneſus
Imperio regit: hic tellus eſt optima iactis
Seminibus, frugumq. ferax, & fertilis herbæ.
Nam quantum totis tondent armenta diebus,
Nocte reponit humus: tanta eſt clementia cæli.
Terrarumq. frequens humor non noxius aruis,
Noxia & his terris non ſunt animalia morſu.
Et ſiluis non errat aper, non vallibus vrſus,
In ſegetes agit ante diem ſecurus arator,
Nec timet ora lupi: crudus veſtigia pero
Nulla tegit, qui mortifero defendat ab ictu
Aſpidis agricolam ſpinoſo in vepre latentis.
Non ſiluis, ſtagnisve nocens mala gramina ſerpen
Paſcitur, aut volitans armenta exterret Aſylus,
Dum ſomnos vmbris captant, dum paſcua carpun
Letalis tamen eſt illis in partibus arbor:
Cuius ſi frondes ſeu vir, ſeu fœmina tangat,
Immittunt ſolo tactu letale venenum
Oſſibus, & papulæ apparent, ceu verbera, toto
Corpore, mox ſeſe torquens (miſerabile) vitam
Efflat, & ore petit terram, velut arbor ab alto
Tacta polo: ſed ſalſa poteſt per membra dolorem
Infuſum, viruſq. ſimul, peſtemq. leuare
Vnda maris, pelagi ſi membra immerſerit vndis.
Quin etiam illa hominem ſolo necat arbor odore,
Naribus

Iaribus hunc ſi quis captet: non ſtipitis huius
Accenſo quiſquam tecti penetralia trunco
Ie moneat ſuffire; manu vel tangere frondes.
empore ſi certo non has accederet oras
Aſpera Cannibalum gens bello, aſſuetaq. rapto,
t verubus torrere viros, & ponere menſis:
ætior haud vlla hac, non hac felicior vlla
ra foret, populent licet & loca proxima tantum
ittoribus: tamen aduentus timet inſula cuncta
annibalum, & ſeſe ſpecubus ve, aut vallibus abdit.
Iulla adeo eſt regio, quę non ſit caſibus vllis
ibdita; ſit quamuis gemmis ditiſſima, & auro.
Quam ſimplex genus hoc hominũ fuit accipe: namq.
uiqueiæ Reges, vnum vetuere per annum
mina maicij campis iactare colonos,
causam hanc ſolum; quia nos ſua regna putabant
Te relicturos: quo tempore millia multa
orum periere fame per regna Quiqueiæ.
Quid referam, vt læta vicino in littore gentes
rpetuum certis agitent ſub moribus æuum?
c non populi faſces tabularia ſeruant:
prum non cura animos accendit habendi:
n aurum effoſſa quiſquam tellure recondit:
on captant Regem inſidijs, bellove laceſſunt:
medijs habitant conſtructa mapalia ſiluis,
e pinu, palmaq. tegunt, tutiq. vagantur
ıta per, agreſteſq. domos, non extera verrunt
quora, non merces aliena ad littora portant:
n animum informant ſtudijs, fractoſq. tubarum
ıd trepidi audiuere ſonos: pax aurea ſeruat
munes belli gentes: non craſtina curant

F Tempora:

Tempora:nec ſeruant ſurgentia cornua Lunæ.
Noxia & his terris non ſunt animalia morſu.
Omnia ſunt illis communia gentibus, vt Sol,
Et Luna eſt:nec plura petunt, quam cogat egeſtas.
Caſtraq. nec cingunt muris, nec ſepibus hortos,
Nec quiſquam nouit ſua prędia:multa ſuperſunt
Iugera, queis campis committere ſemina poſſent.
Non vendunt, nec emunt, rerum nec pondera norunt,
Metiri nec res vllas:non diuidit agros
Terminus, aut demens diſcordia fratribus vnquam,
Aut conſanguineis inceſſit:nullaq. tangit
Hos cura indigenas, animus nec fluctuat ira,
Regnandi niſi cauſa:ferunt namq. oppida, & vrbes
Arma inter ſeſe, cum Rex ſine prole receſſit,
Nec cęli carpit vitales amplius auras,
Vt ſolij poſſint vacui ditione potiri.
Rex habet vxores triginta; de quibus vna,
Quę quondam ante alias fuerat chariſſima Regi,
Poſt obitum illius tumulo ſe condit eodem,
Sponte tamen:quem goſſipio, vittiſq. iacentem
Inuoluunt, cum ſupremum comitantur honorem:
Et capitis regale decus, vittamq. trilicem,
Quæ pendet ceruice, humeroſq. & pectora velat,
Ornatusq. ferunt ſolitos, conduntq. ſepulchro.
Illiusq. canunt laudes, atq. inclyta facta.
Haud ſecus excubitor, nobis qui nunciat almum
Aduentare diem, volucres ducitque, regitq.
Commiſſas ſibi, ſic illæ. cum coniuge, ſomnos
Nocte ſimul capiunt, atq. illum luce ſequuntur.
Non illæ inter ſe oderunt, præcordia liuor
Non tentat, quanquam vna magis ſit grata marito.

Hæ

Hæ nudæ incedunt omnes: ſolum inguina velant:
Sed mulier non paſſa virum partuſq. labores
Non experta graues, nullo inguina velat amictu,
Collecto in nodum nec crine incedit, at ipſum
Ceruicem, inq. humeros fundit, quem vitta reuincit
Alba ſupercilium ſupra, preſſatq. corona.
Eſt etiam Cubæ, ac Quiqueię plurimus oris
Corporea haud magnus forma mirabilis ales,
Aera quæ ſcindit pacatum, quattuor alis
Membrana ſolida concretis, queis vice pennarum
Vtitur, illa volat quoties: cui lumina fulgent,
Haud aliter quam nocte faces: geminoſq. ſub alis
Inſtar habet ſtellarum ignes: quotieſq. per ęthram
Tendit iter, duplicem ingeminat per inania lucem,
Reſq. nouo per noctem atram fulgore relucent.
Indigenæ cuncti, morte aduentante, ſororis
Inſtituunt natos fundi, rerumq. ſuarum
Hæredes, quia non credunt ex coniuge natos
Eſſe ſuos: ideo iunctos ſibi ſanguine linquunt
Totius tecti dominos, ruriſq. paterni
Germanæ ſemper natos, vterumq. ſequuntur:
Sed ſi non ſuperant: fratres, & pignora fratrum
Hæredes faciunt: Rex autem, cum venit hora
Extrema, & morte propior iam deniq. amicos
Conuocat, & proceres, & quos Quiqueia mores
Iam pridem tenuit, etiam hos in morte ſuprema
Seruat, & heredem inſtituit, qui non piger armis
Sit ſumptis, vel conſilio, & depellere poſſit
Finitimas, cum perturbant ſua littora gentes,
Namq. ſibi externam nec Rex, nec ciuis adoptat
Progeniem, veluti noſtris conſueſcimus oris,

Luxanus paucis ſocijs comitatus, in altis
Inuenit ſiluis primo ſub vere racemos
Labruſcæ rutilos, mites, gratoq. ſapore,
Quas auri diues producit terra Cibaui.
Ocia amat gens hæc: ideo non ſtringere curat
Vere nouo ramos huius tam fertilis vuæ,
Aſt illam alitibus prædamque, feriſq. relinquit.
E nemorum ramis, folijs, & vertice pendet
Goſſipium: ſua nec velare hi corpora curant,
Præſertim cum ſæuit hiems in montibus illis:
Nanq. in planitie campi ver floret aprica.
Hic crebræq. cadunt pluuiæ: ſed non fluit amnis
Per ſata culta ſuo, vel prata per herbida curſu.
Vt ſolet Eridanus, toto cum turbidus alueo
Accipit innumeros amnes, quos vnda ſolutis
E niuibus tumefacta altis de montibus auxit.
Incola Quiqueiæ numquam ſua littora linquit,
Denteq. tergemino nullum tenet anchora lembum.
Diſſimilis tamen eſt illorum palmula noſtris.
Illa habet at remos tantum, lemboſq. volucres,
Quos ſtringunt, ſolidoq. cauant de robore pinus:
Vela haud lembus habet, celſi aut carcheſia mali:
Octoginta intus nautas vehit arbor, & vndas
Littoreas, liquidoſq. lacus, ſtagna humida tranat.
Non terræ fluit e venis, vel montis ab antro
Ferrum informe, cauant patrio ſed cymbia ſaxo,
Telluremq. ſimul, ſolidaq. ex arbore lintres.
Hic Iucca eſt Napi ſpecies, quam foſſor ab alta
Sublatam tellure cauat, ſuccumq. nocentem
Subducit preſſans manibus, mox frangit, & vndis
Corruptam miſcet calidis, miſtamq. reuoluit

Sæpius,

Sæpius,inq. orbem durat,ſubterq. calentem
Occultat cinerem,coctamq. reponit in vſus
Pręſentis victus. ſed ſi(mirabile)ſucco
Veſcatur Iuccæ quiſquam,letale venenum eſt:
Hauſtus enim labefacta petit præcordia ſuccus,
Membraq. nigreſcunt infuſo læſa veneno.
Oſtia tranſuerſum cannas poſuere, putantes
Se tutos fore ab ingreſſu,belliq. tumultu
Securos; tanta eſt illis inſcitia rerum.
Naſcitur his campis,hortiſq. cucurbita ventre
Non paruo,ſimiliſq. vlmo,quam gignit Hibura
Arbor pro fructu,ſolum hunc vtuntur in vſum
Indigenæ vt poſſint haurire e fontibus vndas:
Succum habet hæc intus,qui felle eſt acrior omni:
Quare ea gens triſti illius ſeſe abſtinet vſu,
Duritiem teſtudineam quæ cortice vincit,
Quæ fluuij non ima petit,nec mergitur vnquam:
Sed leuitate ſua liquidis hæc innatat vndis.
Quin etiam indigenæ cuncti ſub tempore certo
Palmarum carpunt fructus,& roſcida poma,
Teutonicoq. coquunt ritu,teſtiſque reponunt
Fictilibus:dulcis liquor eſt,gratuſq. palato.
Sunt pingues magis,& procero corpore tauri,
Et ſimul omne pecus , quod tranſportauimus illuc,
Quam tauri,& pecudes,quæ noſtris ſaltibus errant.
Quam noſtris illic etiam felicius aruis
Hærbæque,liniq. ſeges,veſcumq. legumen
Proueniunt,& maiores fert campus ariſtas,
Campus aquis ſemper riguis,cum deficit humor,
Atq. æſtu Solis magno terra ipſa dehiſcit.
Huc vites olim attulimus,quæ(credite)nun ſunt

Coniugibus ſimiles vlmis, & pampinus vmbra
Ingenti tabulata tegit, ramoſq. ſuperſtat:
Quæis palmes Methimnęus. queis Bætica cedat
Vitis, & increſcit quę collibus vua Falernis
Terra ferax adeo ſilicum eſt, vt culmus in aruis
Illic prouenìens ſit maior arundine noſtra.
Inclyta tale ſolum inuertit fœcundaq. campis,
Et clara ingenijs, & ſanguine Brixia, tales
Vomere ſcindit agros felix Inſubria frugum,
Et frugum pariter felix Sicania tellus.
Maicium ſpeciem frumenti ruſticus aruis
Seminat, & noſtro ſpica, culmoq. virenti
Maius, arundineis folijs, verum ingruit æſtas
Torrida cum paſſim grauidis flaueſcit ariſtis;
Tunc ſeſe arenti paulatim nudat amictu,
Atq. ſuas oſtentat opes, & nuntiat ipſis
Agricolis veniſſe diem, finemq. laborum.
Auribus indigenæ, nec non & naribus aurum
Suſpendunt, agitata mouet ſe bractea, nareſque,
Atq. aures crepitat circum teſtudinis inſtar.
Spicula arundineo faciunt de ſtipite, quę ſunt
Duritie indomita, nec taurea tegmina curant.
Quanta ſuperſtitio populis ſit, regna Quiqueiæ,
Qui diuerſa colunt; paucis (aduertite) dicam,
Illorum quę longe animos oppreſſerat, & ſic
Ducebant miſeri vitam ſine numine vero.
Haud ſecus, ac puppis, valido quę fertur ab Auſtro
Per maris Ionios fluctus, perque alta Charibdis;
Nec ſit qui clauum regat, obliquetq. carinam,
Ingenti cum immane furens Notus vrgeat vnda
In ſyrtes, ſcopuloſq. rates, pelagiq. procellas.

Aerij ſpecus eſt radices montis ad imas,
auana, quam populi indigenę, genteſq. frequentant
Externæ, ſummoq. locum venerantur honore.
Ante fores ſtabant Cemium ſimulacra duorum,
Quos Patris æterni gens illa ignara colebat
Olim: pro Sole, ac Luna hæc coluiſſe ferebant:
Atq. cauis ambos olim exiluiſſe cauernis,
Et cęli ſecuiſſe vias, vectoſq. per altum
Aethera luminibus cęlum, terramq. viciſſim,
Et pelagus luſtraſſe ſuis, proprioſq. colores
Cunctarum rerum diffuſa luce per orbem
Detexiſſe ferunt Ophyræ lata arua colentes.
Per noctem volitare animas poſt funera credunt.
A pelago procul horriſono præcelſa Cibaui,
Saxeaq. eſt moles, nec non & concaua ab alto
Vertice, vbi longe ſtrepitus auditur aquarum
Diuerſa de parte ruens: quod ſi quis ad ipſos
Accedat ſonitus lympharum, cominus: ille
Nec longum tempus ſurduſq. fit, attonituſq.
Non longe lacus hinc ingens, cui triſtior vnda,
Quiq. habet Oceani ſua per ſtagna alta natantes
Diuerſos populos, quorum non copia parua eſt.
Namq. per exeſam rupem influit vnda patentis
Oceani, occultaſq. vias agit illa profundum
Sub mare, & adducit ſecum per concaua ſaxa,
Peruiaq. humentem prædam; perq. hoc mare paruum
Indigenæ vidiſſe ferunt ſub tempore Veris,
Tempore & Autumni tantum longo ordine piſces,
Et noua monſtra maris ſulcare, & ludere in vndis.
Aequoribus eſt his etiam Bouca inſula parua,

Nobilis eſt quæ fontis aqua, mitiq. locorum
Temperie, cuius ſi quis de fonte liquores
Hauſerit ante diem, ſubito fugit ægra ſenectus,
Atq. nouum veluti in florem conerſa vireſcit:
Integer, & ſanguis venis fluit. haud ſecus anguis
Exuit hiberno ſquallentem frigore veſtem,
Et ſpirans tollit per prata recentia criſtas
Sanguineas, per humumq. humeris iam lucidus orbes
Immenſos trahit, & teneris exultat in herbis.
Mens erat hunc mihi certa locum, fontemq. videre,
Illius & latices haurire, & membra ſalubri
Tingere lympha, æuo vt longo, multoq. labore
Iam lapſum florem ætatis nunc rurſus habere
Hac poſſem, meq. vt morbo, turpiq. podagra
Eriperem, qua me ſeu Sol iam dimouet oris
Aethereis nigrantem vmbram, ſeu candida ſecum
Luna vehit cælo radiantia ſidera, torquet.
Non potui has ratibus ſedes accedere: nanq.
Diſtabat longo felix hæc inſula curſu:
Et Boreæ flatu horriſono maris vnda tumebat:
Et paſſim vndoſum ſpumis incanuit æquor,
Vinitor & mites aruis iam legerat vuas.
Quid meus Hayti Germanus fecerit oris,
Vel quas condiderit illis in partibus vrbes,
Et bello indigenas toties petijſſe phalanges,
Vicerit & varias acies, & Guarionexum,
Conſtituit populis dum vectigalia, & hoſtem
Depulerit, cum longo egeant ſermone, ſilebo.
Hiſpanos & quę fuerit diſcordia quondam;
Quos mecum Oceani non nota per ęquora vexi,
Meq. inter, cum nota ſatis ſint cuncta, tacebo.

e etiam inuentis a me noua nomina terris
poſui, ſiue vrbs eſſet, ſiue inſula, ſiue arx,
GRANVELANE, tamen noſtrorum meta laborum
c fuit: in vinclis vna cum fratre per vndas
cor ad Heſperium littus: ſed poſt vbi Rex, &
ina hoc norunt, ſoluere, ægreq. nefandum
c ſcelus humana moti pietate tulerunt.
Hanc partem noſtrorũ etiã, PERENOTTE, laborũ
remam paucis memorabo, præcipitet cum
cælo nox, & feſſis mortalibus aſtra
ces adducant ſomnos, animoq. quietem.
m Rex Fernandus, coniuxq. Iſabella duos me
annos, quamuis confectum ætate ſenecta
q. ęgrum ob varios caſus, fratremq. vocarunt:
vellem Quiqueiæ vltra, verſuſq. cadentem
dere iter Solem, noſtriſq. intacta carinis
quora, & Oceani tractus: tunc ſponte dedit Rex
ttuor inſtructas armis, & milite puppes.

F I N I S.

DE

DE NAVIGATIONE CHRISTOPHORI COLVMBI

LIBER QVARTVS.

TEMPVS erat, quo prata nouant a[...]
ſtibus herba
Floribus, & rigido ſoluit ſe frig[...]
tellus,
Ad noſtras ſedes properans aduen[...]
hirundo,
Limoſoſq. parat trabibus ſuſpendere nidos:
Et vocat aura ſinus velorum intendere nautas,
Cum liqui Hiſpanos portus, atq. æthera flexo
Poplite proſpiciens, ita fabar, non ſine fletu.
Ipſe tuum ob nomen rege nos, Pater alme, tuoq.
Nos tege nunc clypeo, & pelagi defende periclis:
Et ſerua has puppes, tibi qui confidimus, in te
Qui ſpem noſtram omnem, mentemq. locamus, & vn[...]
Te colimus, cum Sol colluſtrat lampade terras,
Et cum nox piceo terras inuoluit amictu:
Nunc maris ignotos luſtramus te duce fluctus.
Canarias placido ventorum flamine vectus
Deueni. debinc acceſſi qua ſe inſula tollit
Quæ patria eſt Caribum, deſerta, aſt gramine læto,
Et plena arboribus, per cęlum Luna prius quam
Clara reuertentes in ſeſe colligat ignes.
In qua non ſoles multos, noctesq. moratus:

Iamaica[...]

icamq. hinc digreſſus, Cubamq. reliqui
xtra, & curſus extendens, qua Zephyrus flat,
ni ad littus Quanaſſe, quo mare vidi
enas tortis deuinctos funibus armos
nio lembos prope littora curua trahentes
iferum verſus Boream, ceu nauta carinas
aci ad ripas aduerſo flumine pronus
o fune trahit. Sed poſtquam turba trahentum
intres noſtros iam littora curua tenere,
mq. ſequi longe veſtigia vidit,
dedere manu, ne quiſquam accederet alnum:
nore nouo littus, flumenq. replebant:
uci nudiq. minis terrere putabant
ſe armatos pedites, puppeſq. ſequentes.
erre hos tantos potuit gens Bætica faſtus:
ubito audaces hos inuaſere, nec vllus
t, quiſquam potuit non ſe dare iactu
agus, non ſe manibus ſubducere noſtris.
r erat rerum varijs mercator in oris.
ia hic latis, operoſaq. pocula tranſtris,
teras, & crateras, lanceſq. ferebat,
q. ingens olim ſtiparat lintribus aurum:
iq. baccarum ſerta, & canentia puri
a goſſipij rebus mutauerat illa
nis, geminaſq. onerarat mercibus alnos.
ia multa aderant fuluo pellucida ſaxo
, cadiq. etiam, atq. nouacula multa, ſecureſq.
eodem factos portabant marmore cultros,
m erat e ligno capulus nigro, atq. recuruo.
ila goſſipij vario diſcreta colore
bant proras, obſcuraq. tranſtra. foroſq.

Rerum

Rerum autem partem domino tunc reddere iuſſi,
Et manibus, pedibuſq. tenacia ſoluere vincla,
Vltra progredior paulum: Quiriquetana nobis
Seſe offert ingens regio, fœcundaq. campi
Vbere. Maitium creat hæc, Aggeſque, Iucaſque.
Flumina ſunt, quæ prata rigant, ſemperq. videtur
Illic Ver nitidum tepidos effundere Soles.
Paſcua habent ſemper noua gramina, prata recent
Semper alunt flores, interq. ſalubria valles
Flumina dant potum gregibus: nemora ardua fron
Denſorum fruticum armentis, gregibuſq. miniſtra
Semper & Autumnus varijs ſe fœtibus auget,
Spirat & aſſidue Zephyri leuis aura per agros.
Hanc læti petimus terram, & deſcendimus om
Et viridi facimus diuerſa vmbracula pinu:
Et iuxta pelagi tentoria tendimus vndam:
Et tabulis ſtructum velamus fronde ſacellum,
Ornamuſq. rates, pictiſque tapetibus aram.
Sacra ſacerdotes cuncti faciuntque, canuntq.
Ante aram, ſoluuntq. Deo ſua debita vota:
Dehinc referunt nautæ ſubmiſſo poplite grates.
Dum vero hæc peragunt, ingens concurſus ad vnda
Indigenum pelagi non vna parte fluebat:
Noſtraſq. intenti poſita formidine puppes
Spectabant: quos & regio fert illa, ferebant
Diuerſos terræ fructus, lymphaſq. recentes,
Seruabat tumido quas ventre cucurbita clauſas:
Submiſſiq. accedebant, dum munera nobis
Sponte dabant. Illos nos magno ad littora plauſu
Excipimus, vitreiſq. oneramus pectora ſertis,
Et colla illorum: donamus tympana, acuſque.

tros, capuli quibus ex ebore, argentoq.
ſpecilla, quibus procul, & prope cuncta videre
ꝗui poſſent homines, ſuper omnia grata
fuere magis ſenibus, qui mentem, animumq.
ri haud poterant, cum res inopina, nimiſq.
videretur: quoties nam naribus illa
ant, tunc hi mage lucida cuncta videbant.
c gens candenti tantum tegit inguina tela
i, vittave leui, quæ picta colore eſt.
ario quodam pomorum corpora ſucco
ıs cauſa tingunt, quę protulit hortis
in irriguis, quam gens hos nutrit in vſus.
ij nigro faciem, rubroue colore
nt florum, pluma aut texere volantum.
t montes illic humiles, ſemperq. repleti
s arboreis. tellus, quæ ſpectat ad arctos,
m plena eſt. ilex ſe tollit ad auras,
q. in vacuum extendit ſua brachia pinus,
que: quas ſiluas tigris ſęuiſſima ſeruat.
æ, ceruiq. leues, vaſtiq. leones,
quam hos virides ſaltus, lucoſq. relinquunt,
gens venatu inuigilat, terretq. virentes
as curſu ceruos, capreaſq. fugaces.
uas habitat ſedes, agroſq. frequentat.
mas inter, frondoſaq. brachia ſupra
n nemorum vitis quoq. ſerpit agreſtis.
uis nullus ferro, vel falce putator
et, cum terra ſuo lætiſſima partu
pes, tamen hæc rutilis curuata racemis,
ciſq. ornata comis & grata virebat.
ideo non curant ponere campis.

Et palma faciunt haſtilia, tela, ſagittaſq.
Ingenti, quæ non aliter, quam ſpicula duro
Ferro armata hominum bellantum corpora iactu
Transfigunt, ſternuntq. ſolo: facit ex quoq. palma
Vulnificos enſes gens hæc, contoſque, trabeſq.
Illic goſſipium ſiluis, & collibus album,
Naſcitur & plano. Sunt ſiluę pruna ferentes:
Innumeri & fructus ibi ſunt, gratiq. palato.
Diuerſas regio felix fert illa volucres,
Quæ ſiluas, & ſtagna colunt, fluuioſque, lacuſq.
Eſt turba hęc auium non vno picta colore,
Inter quas ales magna eſt, ceu fœmina pauo,
Et membris non inferior: cors eſt ſua cuiq.
Quiſq. domi clauſas tenet has, & paſcit abunde.
Ipſe ego tunc cernens vaſtum mare currere verſus
Occaſum, haud aliter, quam cum nix liquitur altis
Montibus, & Libyæ de parte ſuperuenit imber
Maximus, & ſuperant altas torrentia ripas
Flumina, perq. cauas valles, & paſcua ſecum
Tecta trahunt impulſa notis, atq. imbribus acta.
Vertere decreui curſus, & flectere vela
Surgentem verſus Solem, ſed linquere nunquam
Hoc littus poteram, quo tempore letifer alto
Excedit canis Icarius, pariterq. calores
Aeſtiui, & plenis ſe exercet ruſticus aruis,
Atq. coloratas oſtentat pampinus vuas.
Conabar claſſem conuertere ad ora Draconis,
Ad Pariæq. ſinus, rebar quos eſſe propinquos.
Namq. mare vndabat paſſim, claſſemq. ferebant
Ventorum varij flatus; nec condere portu
Iactatas poteram commota per ęquora puppes.

Quiriquetanę liqui portuſque, fretumq.
vero longe legerem caua littora, in amnem
ni, qui ſe non inuoluebat in æquor,
primum Oceani tellurem cærula tangunt:
itidus, reſonanſque, & recto flumine lymphas
eta lata ſuas longe pellebat ab ipſo
re nomen adhuc ſeruans, caua littora quamuis
rat, & rapido fera diuidat æquora curſu.
bi ſtans pelagi mediis in fluctibus vrnas
eui dulci hoc fluuio, mœſtuſq. per altum
bam: nam pontus erat tunc concitus Auſtro,
ad occaſum tendens, inimicaq. nautas
fatigabat pelagi occurentis, & vna
tum tardabat iter, & ſępe retrorſum
eſſam impellens agitabat in æquore claſſem.
claſſe ærata tria flumina magna tenemus,
um adeo teſtudinibns, & piſcibus amplis
abundabant, vt vix euoluere in altos
ſent fluctus. Aſt horum craſſaq. & ingens
ites ripas fluuiorum ornabat arundo:
mus hic Cocodrilus erat ad lumina Solis
ndam in ripis fluuiorum ſtratus arena.
di his littoribus tercentum nauibus aptum
en aquæ, ad cuius fauces per cærula terræ
uor, & plenę arboribus, & gramine multo:
oterant ſeruare actas a turbine puppes.
lenas vidi ſparſas per marmora terras,
ribus quarum pendebant aurea ramis
, velut noſtris dependent citria in hortis.
equens Parię hoc littus vidi ipſe ibi portum
tu magno ingentem, quem maximus amnis

Intrabat

Intrabat, mitiq. vnda, nitidaq. ſecabat.
Mox ad Quicuri incolumes deuenimus oras.
Portus vbi, & ſtatio nautis tutiſſima, & altis
Arboribus circum ſeptus, ſcopuliſq. patebat:
Ad quem confluxere viri terna arma tenentes,
Atq. quaterna manu, mites tamen, ilicet illi,
Vt pacis ſignum dedimus, petiere carinas
Vnanimes noſtras, merces mutare parati
Cum noſtris: vltro dedimus queis munera multa:
Sed quoniam abnuimus illorum ſumere merces,
Eſſe dolos veriti, donis abiere relictis.
Sunt forma inſignes cuncti: ſed fœmina velat
Goſſipio partes velandas, atq. capillum
Detondent: homines radunt ſed fronte fluentem
Cæſariem, linquuntq. comam qua poſterior pars
Eſt capitis, vittiſq. ligant candentibus, biſq.
Antiquo de more caputque, & tempora cingunt.
Ex quibus ipſe duos mecum per cærula vexi.
Eſt illic gens indomita, & qui vulnera bello
Accipiunt, magno hunc cuncti venerantur honore,
Illic non fluit, aut refluit, maris vnda relabens,
Aut rediens ſolitum ad littus, velut æquoris eſtus
Brittanni, Morinumve facit: vix nempe receſſus,
Acceſſuſve poteſt quis vaſti noſcere ponti.
Maxima in hoc tractu procurui littoris arbor
Naſcitur Oceani contingens marmoris oram,
Quę virides ſemper frondes, & brachia ſeruat.
Hæc vbi ſe in vacuum ramis, & vertice celſo
Suſtulit, in pelagus deflectit prima flagella:
Deinde maris ſtagna alta petit, terræq. cohæret.
Tunc ramus pelago immiſſus ſic pullulat altum
Si

mare, vitis vti propago creſcit in aruis:
vbi radices egit, ſe tollit ab imo
gite, perpetuis & inumbrat frondibus æquor.
ta auibus ſemper, & ponti gentibus ora,
cum Sol terras vrit, ſeu cum vndiq. cælum
nat, & motos voluunt vaga flamina fluctus.
arum animal colit has ſiluas par Cercopiteco,
nti cauda, & longa, multumq. reflexa.
ſiluam hunc venator agit cum callidus altam,
ſilit e ramo in ramum, & de vertice pinus
icem in alterius, vt auis fallitq. ſequentem,
torq. ſequens non prædę aſpirat opimæ.
c poſtquam vidit miles, percuſſit acuta
de ſtridentis teli, qui motus in iras
uit ſubito e ramis hoſtemq. petiuit:
endens rabie arma ferox iam nota mouebat.
ctu toruo at miles, morſuq. ferenti
um rotat ipſe manu non territus enſem,
rit. ille autem haud gemuit percuſſus acerbo
ere, cum vidit rigido truncum enſe lacertum.
tandem grauiter ſpirantem ad littora, necnon
a reluctantem miles pertraxit: ibiq.
ratus paulum hic prora requieſcere cępit.
t atrox animi vinclis dum vinctus ahenis.
ntes alij magno clamore trahebant
um, horribilemq. ſuem per crura, pedeſq.
auem captum inſidijs, aſtuq. palude
ea, tranſtriſq. locant. tunc tergore ſetas
biles erexit aper, erexit & hirtas
rum informe ſuas hirſuto in pectore ſetas.
pitecus aprum aggreditur, & ſæpe reuinctum

Circumplexa angit cauda, ſternitq. lacerto
Incolumi, validaq. manu caua guttura preſſit,
Atq. animæ præcluſit iter: gratiſſima nautis,
Militibuſq. fuit pugna hæc. Sed cœpta ſequamur
Ad finem, quæ iã properant, PERENOTTE, *ſuprem*
Seruant hi populi ſiccata cadauera raris
Cratibus impoſita Heroum, pariterq. parentum,
Inuoluunt folijs, quæ ſic iam ſicca reſeruant.
Et plebs morte obita, ſiluis tumulatur in altis.
Hunc portum tandem liqui, veliſq. rudentes
Carbaſeis ſubito immiſi: volat incita claſſis.
Vltra progrediens hæc ipſa ad littora vidi
Curua ſinum, ad cuius fauces ſunt quattuor alto
Inſulæ in Oceano poſitæ, quas parua profundi
Inter ſe ingentis paulum diſcriminat vnda.
Circuitu hæ portum magno, lateq. patentem
Efficiunt, cinctæ arboribus frondentibus omnes,
Quæq. ſuis arbos oneratur fructibus; omne
Floribus & varijs fragat nemus, alta viretq.
Herba ſolo, ceu Vere ſolet, ipſa inſula dextram
Cerebarum partem portus, læuumq. vocauit
Abumeram, hic vidi ſparſas per cærula terras
Innumeras, & pingue ſolum, fonteſq. lacuſq.
Et iuxta mare piſcoſum, cælumq. ſerenum.
Eſt locus his celebris, fama & memoratus in oris.
Illic nam cælum clara Sol luce ſerenat,
Et vaga Luna tenet noctes in luce nitenti,
Semper & in teneras gelidus ros decidit herbas:
Nec pelagi hos latices fragor intonat horrifer vnqua
Corpore ſunt homines nudi, varioq. colore
Depicti, quos intextas ex vngue leonum

Tigrid

idis aut ſæue patrio de more coronas
re iuuat, & ſerta haud vno facta colore:
is adeo pendent diuerſa monilia collo.
nguntq. hæc in magnas aquilaſve, leoneſve.
iina goſſipij velabat fœmina vitta.
greſſi hinc tandem, iuxta caua littora flumen
imus, ad cuius ripas gens nuda ſedebat:
procul vt vidit noſtras accedere puppes,
rrunt nobis omnes ad littus, & vndas
us acceptas fluuij, gramenq. vomebant
contra, & magnis clamantes vocibus, haſtas
que, ſpiculaque, in noſtrorum caſtra cadebant
iumq. minabantur, pœnaſq., necemq.
genæ ad littus glomerati cominus hoſtes
d bella vocant, haſtaſque, enſeſq. rotantes
ma factos, quos non educere oportet
na, & tandem ad pugnam ſe quiſq. parabat.
manu paſſim reboabant tympana, pontiq.
nchas ore inflabant, quo bellica cantu
ina, bellantumq. animos accendere ſueta
erat. Hic iuſſi tormenta hos ænea contra
re, & tantum tormento immittere vincla
ea, non lapides, non duri robora ferri.
ro audiuere viri ſtrepitumque, ſonumque,
per, flammæq. globos volitare per auras,
. inuolui fumo, littuſque, rateſq.
unt (Nam non ceſſabat machina cæptos
inare ſonos, igneſq. efferre ſub vmbras,
iſtoſq. metus flammis, ceu fulmina ab alto
polo) ſeſe terra ſtrauere, preceſq.
bant poſitis armis, pacemq. petebant

Submiſſi, & noſtras ſponte acceſſere carinas :
Atq. ſuas merces noſtris cum mercibus vltro
Mutarunt, alacreſq. ſuos petiere receſſus.
Se varie hi populi pingunt, varioq. colore:
Pars faciem tantum, pars & bello inclyta corpus,
Et faciem totam depingit, nudaq. membra.
Excurrunt hoc in pelagus ſatis alta fluenta,
Magnaque, quæ ſemper auri fulgore coruſcant,
Atq. acies paſcunt oculorum, animoſq. videndo.
Non deſunt varij per flumina lucida piſces.
Beragua eſt fluuius maiorque, & ditior auro
In mare qui ſecum permiſtas voluit arenas.
Hunc inter fluuium Iebram Cerabora gens eſt,
Quę nouit, lateat patrijs vbi montibus aurum,
Ob nitidi curſum fluuij, terræq. colorem,
Hæc certis aurum veteri de more diebus
Cum rimatur humum, ſaxis atq. eruit ipſum
Abſtinet interea ſeſe choreiſque, ociſque,
Et dapibus non indulget, thalamumq. relinquunt
Congiugis intactum, & Solis luſtrantur ab oris
Surgentis cum ſe oſtentat, lucemq. reducit.
Hæ nihil indigenæ niſi lumina Solis adorant.
Hic gentes nudæ incedunt, contraq. tegunt ſe
Arboreis pluuiam folijs, Soliſq. calores:
Quæ tellus illic iuxta parit æquora paſſim.
Præterij Zaboram, & Cubigar duo flumina multum
Piſcoſa, & liquidis ſemper labentia lymphis,
Quæ permiſtum aurum voluunt fluuialibus vndis.
Hic vidi terram vibbæ, male fida carinis
Quæ ſemper regio eſt, numquam & viduata procellis
Dumq. ego ſulcarem iam laſſo remige fluctus,

onijs ſimiles fluctus, Adriæq. procellis.
Ion ego furabar mea lumina feſſa labori;
pſa ſed aſſidue ventis immota tenebam:
onuerſuſq. oculos ad ſidera lucida, dixi.
Exorabilis alme pater, mitiſq., regenſq.
egna, & Olympiacas ſedes, terramq. patentem,
t maris immenſos tractus: precor aſpice vultu,
uo ventos, ſęuamq. hiemem, & freta pulſa ſerenas,
actatam toties per inhoſpita cærula claſſem.
t tu, per quem tu peperiſti hominemque, Deumq.
nigenam partu inſolito; dum hæc marmora luſtro
Ion prius intentata, prius non cognita nautis;
a nobis ſolitum auxilium Galilęia virgo.
emos puppis, & hęc tibi vela dicamus aquoſa
ępe hiemes perpeſſa, tuo ſeruata benigno
Auxilio ſuperante Noto, ſuperante procella.
umq. loquor, ſternunt placidiſſima flamina fluctus:
roceduntq rates ęquatis per mare roſtris.
Tandem deueni tranquilla per æquora claſſe
aguaram in terram; magnus ditione regit quam
ex populi ingentis, necnon & fertilis agri.
ndigenæ hic rutilo tingunt ſua membra colore.
Rex nigro tantum ſeſe imbuit. hic quoq. Regi
Naribus, & regni ſeptem primoribus auro
electo tenuis pendebat lamina, ſummis,
amina pendebat labriſq. geniſq. putantq.
Hoc homini magnum eßе decus. Quin fertilis ora
emper habet virides ſiluas, & mollia ſemper
ramina, & halantes diuerſis floribus hortos,
Quos nũquam cinere immundo, cum bruma receſſit,
ed riuis paſſim ſaturant, vndaq. recenti.
Naſcitur his etiam ſiluis mira arbor Hibura.

Non culmos lædit rubigo, aut carduus horret
In campis, lolium ve, infelix naſcitur inter
Maitij lætum gramen, iuccaſq. virentes.
Vidimus hoc etiam tractu turpes Crocodilos,
Qui cum diffugiunt, roſtrum vel in æquore mergun
Continuo ſuauem iactant de corpore odorem.
Vt vero noſtræ contraria cęrula claſſi,
Et quaßata ſimul rapido naualia curſu
Aſpexi, occaſum verſus tunc turbida carbaſa
Direxi: mora nulla rates decliuis agebat
Vnda maris, pariterq. notus: ceu miſſa ſagitta
Aera per Parthi dextra: ſic claſſis amarum
Oceani ſcindebat iter, fluctuſq. ſonoros,
Et longo curſu, & fremitu quaſſata marino.
Quę fluuium ſera ſub nocte intrauit Hiebræ,
In morem ſtagni placidum: tunc iecimus altam
Ad ripam intortos funes, puppeſq. ligamus
Saxoſum ad littus: Dehinc miſi ad flumina magn
Beraguę vectum lembis prope littora fratrem
Armatum multo cum milite, cum vaga pallent
Sidera, & infuſa rebus iam luce rubeſcit
Oceanus: qui dum factos ex robore lintres
Aduerſo ſubigunt fluuio, Rex obuius illis
Fit, quem non varijs trabibus contextus, at vna
Arbore formatus portabat in æquora linter:
Illi etenim ſolida faciunt ex arbore puppem,
Quæ per lata decem nouies vehit æquora nautas.
Et Regi, & cunctis pingebant membra colore;
Nudaq. erat, nec onuſta manus iaculiſve, ſagittiſv
Aut gladio ex palma facto: ſigniſq. petebant,
Tot nitidis incincta armis, quo tenderet hęc gens.
Dum

um vero inter ſe ſignis, nutuq. loquuntur,
Maximus ex Regis comitatu acceſſit ad amnem,
t lauit manibus lapidem, proprijſq. nitentem
mpoſuit celerans humeris, Regemq. petiuit:
uo ſedit Rex ipſe: putant namq. eſſe nefandum,
ndignumq. loqui, ſolita niſi ſede ſederet,
lut alia Regem. Tunc Rex conceſſit, vt omnes
uſtraret fluuij ripas, & viſeret oras
ittoreas: qui venerunt ad flumen amenum,
ndantemq. auri multo ſplendore Durabam.
Flumen erat cinctum arboribus, ripiſq. recuruis
nter radices quarum, & caua ſaxa latebat
lurum ingens: nec erat ſaxum, radixve ſub vndis,
uæ non immiſtas auro ſeruaret arenas.
His volui claſſem quaſſatam ſiſtere terris:
t noua nauigijs intexere robora laxis.
rotinus e prora deiecta eſt anchora in altum
lumen aquæ, qua prędulces ſinus accipit vndas.
ittus in ignctum pubes Hiſpana repente
micat, exploratq. locos, beneolentiaq. arua.
iſdeni excurrunt equites noua rura, domoſq.
uentas referunt, & prata virentia ſiluis.
um vero optabam lætis his condere tecta
ittoribus, paruaq. domos incingere foſſa,
ltq. arcem aggeribus vallare, & vimine multo:
ellantum ad littus ruit ingens turba, ferenſq.
ela manu, patrioſq. enſes, & grandia ſaxa,
ltq. implens pelagi magnis clamoribus æquor,
lrcem confeſtim, & tecta imperfecta petiuit.
lox inimicum ignem tabulis immiſit, & omnes
unditus euertit ſedes, foſſaſq. recentes,

Aequauit, cum nox cælum tenebroſa teneret.
Parte alia bello non aſpernanda iuuentus
Corpora nuda tamen: noſtras accedere puppes
Illorum ad littus magno clamore vetabat.
Iamq. ſudes, & ſaxa cadunt per inania noſtris
Puppibus, atq. auræ ſtrident, & littus vtrumq.
Barbarico clamore ſonat, fluuijque, mariſque.
Ipſe & eram populo, & regi gratiſſimus hoſpes:
Incola ſed tanquam regni, aut moderator habebar
Hoſtis atrox tanquam populo, Regique; ſuumq.
Pellere credebat me limine velle tirannum.
Iam Sol exoriens multo cum lumine ſeſe
Monſtrabat pelago, & terris, cum cernimus altis
Infuſum ſiluis populum, totoq. vagantem
Littore: qui poſtquam noſtras conſiſtere puppes
Aequore conſpexit, iacula intorquebat ad æquor:
Vociferanſq. nemus denſum, littuſq. replebat:
Perq. diem, & noctem gens hæc ad nota cucurrit
Littora, tela tenens dextra, læuaq. ſagittas.
Hic Regem mora nulla tenet, curſuq. phalangas
Collectas in nos totas trahit, & quatit haſtam
Arboream ante alios, & ſeſe ſiſtit ad vndam.
Temnens Bætica tela, ſagittiferamq. cohortem.
Tota erat haud aliter tellus obducta virorum
Agminibus, quam cum grauis æſtas præterit, & iam
Pallentem arboribus ducunt folia ipſa colorem,
Labunturque, ſolumq. tegunt, herbaſq. virentes.
Foſſa muniui, & vallo qua littora puppes
Tangebant, nec non tabulis, ſeptumq. tenerem
Quamuis exiguum contra tot millia: paruas
Hic tamen edidimus pugnas, pauciq. fuere

lorum ferro occiſi,nam ferrea tantum
undebant tormenta ignes,fumumque,ſonumq.
 quamuis eſſent primo in certamine victi
i populi,ſubito tamen imperterrita turba
crior ad pugnas iterumque,iterumq. redibat :
 potius pro Rege ſuo,patriaq. volebant
ppetere ad littus,quam ſeſe cernere victos,
ut procul a patria pulſos iam Rege perempto.
orum animi feruor,virtuſq. coibat in vnum
ellendi vectas longinqua per æquora puppes.
 tergo tutos mare nos reddebat ab hoſte:
on aliter,quam paſtores cum nocte ſub ipſa
nueniunt,ſuaq. arma ferunt,ſi turba luporum
erruit intonſas pecudes,& ſepta recluſit
i valida huc illuc agitans armenta, pecuſque,
iripienſq. gregem vacua dominatur in aula.
 Has etiam feſſus decreui linquere terras,
uaq. breuis curſus,& non contrarius eſſet,
ertere Quiqueiæ ſecura ad littora claſſem :
maicæq. viam deflexi ad littora,ibiq.
anſi biſſenos hoc ipſo in littore menſes:
ſe ego tum Fliſcum Ligurem cum milite miſi,
 Didacum Mendez prçclaro a ſanguine,& armis
ſignes ambo dilecta ad littora Hayti.
 magnæ cuncti ſcirent me regna tenere
maice ratibus fractis,ſocijſq. labore.
 Hoc etiam præter ſpem nobis accidit, & me
pra alios caſus paſſum terraque,marique,
rbauit:nam Franciſcus cum milite Porras,
 frater ſecuere viam caua littora verſus
iqueiæ toto cum remige,luce ſub ipſa.

Et

Et me cum paucis ſocijs liquere, morabarq.
Effrenes inter populos, inimicaq. regna.
Indigenæ vt videre duces abijſſe, nec vllas
In numerum vt nuper prætexere littora puppes,
Amiſſi & memores regni, rerumq. ſuarum,
Decreuere necem nobis inferre, rateſq.
Vrere, & imprimis paſſim ſubducere victum.
Iamq. ratus mortis metam aduenisſe ſupremam;
Et duci immerito ad vitæ ſine funere finem,
Abſumiq. fame: tanta in diſcrimina poſtquam:
Adductum vidi me me: in ea lumina verſus
Conuerti patrem æternum, ſupplexq. rogaui;
Vt me ipſum, comiteſq. malis, tantoq. periclo
Eriperet: ſubito iuuit me cælicolum Rex.
Defectuſq. memor Lunæ, fore poſt breue tempus
Primorum partem iuſſi, plebiſq. vocari
(Nam præſens interpres erat de gente Quiqueiæ)
Conuenere omnes primi, plebiſque, patrumq.
Dicebatq. vnum eſſe Deum, qui temperat orbem
Terrarum, & punire homines pietate carentes.
Vos iſtis victum vnanimes, vno ore negaſtis:
Quos noſtri cecinere Cemes in regna Quiqueiæ.
Venturos, & victuros regna omnia circum
Oceani, quo ſe occiduas Sol vertit ad oras.
Vos ideo clarum ſignum aſpicietis ab alto,
Portendet quod iam vobis peſtemque, famemq.
Vt venere omnes ſubito, & videre ſequenti
Nocte laborantem Lunam, ſparſamq. cruore
Subrutilo, necnon conſueto lumine caſſam:
Tunc illi attoniti flebant, mœſtiq. petebant
Commiſſi ſceleris veniam, fructuſq. recentes,

'aiciumque, vciaſq. ſimul, volucreſq. ferebant.
ıterea Mendez rediıt, ſecumq. reduxit
emigio inſtructam puppim , qua per mare vectus
'ndoſum licet) appulimus caua littora Hayti.
ic vbi vexatas toties a turbine naues
'ptaui curans ſociorum corpora victu.
efeſſa ob pelagi tractus, varioſq. labores,
tandem Heſperias feſſis iam nauibus oras
ueni, hoc iter eſt, noſtrorum hæc meta laborum.
Sic Ligur inuentos intentis omnibus a ſe
eani tractus, noſtriſq. incognita nautis
dera narrabat, poſitaſq. per æquora terras,
m tandem tacuit, mediaq. in nocte quieuit.
Sim licet (vt perhibent) vates non vltimus inter,
bridis & cantu, Mellæq. ad flumina notus:
primus, qui non noſtro ſub Sole iacentes
nte alios cecini Romana per oppida terras,
riſtophorus quas exigua cum claſſe retexit:
rta tamen myrto, aut hedera ſperare canendo
n auſim: ſat erit tantum (nam maximus inter
mihi mortales, & eris mihi maximus olim,
m reget hos artus cęli ſpirabilis aura,)
pirare meo, ſi tu dignabere præſens
ic etiam, qua mente ſoles PERENOTTE labori.

FINIS.

o hec, quæ ſequuntur de ſignis, & tempeſtate poe-
mata addidimus, cum à ſuperiori materia omni-
no non ſint aliena.

Cho-

QVa Diomedeæ tollunt ſe e rupibus arces,
Gargani iuxta ſcopulos,quos verberat vndis
Adria,quum gelido Boreas ruit aſper ab axe,
Adriaciq. petit leuibus placida ęquora pennis,
Aſſuetus pelago Periphas, Chorineus & Arcas
Deprenſi nuper tumidis Aquilonibus ambo
Appulerant ; quum triſtis hiems currentia ſiſtit
Flumina;& aggeribus niueis iacet obruta tellus:
Tunc hiemis memor hæc puppi Chorineus ab alta.
Nos, inquit, miſeros per tanta pericula nautas
Ventoſi maris vnda vehit;nunc æquora grando
Tundit,& aduerſis nunc ſunt pulſata procellis
Littora,noſq. altis iactamur fluctibus:& nunc
Impingunt feſſas ſcopulis vaga flamina puppes.
Et ſi forte tenet portus ratis acta per ęquor,
Aut fractos Aquilone legunt per marmora conto
Aut validis infracta Notis caua vela, vel alto
Gurgite ſubmerſos comites in littore deflent
Seruati nautæ ex ſcopulis, pelagoq. tumenti.
Tũc Periphas.Vaſti haud equidem Chorinee nega
Incertas maris eſſe vias , aut fidere quemquan
Poſſe ſalo : placidum ventis , & murmure rauco
Stet licet,& nullæ volitent ſuper æquora nubes.
Sed ſi nauta notat curſus,ortuſq. recentes
Stellarum,ac cęli morem, pelagiq. viciſſim
Murmura,ſpiranteſq. Notos,aut cęrula Solis
Lumina , dum tremulo nitidum iubar æquore tol
Illa viam maris inuadet,tutuſq. per alta
Aequora vela dabit, puppemq. in littore ſiſtet
Innocuam

nocuam:ſed nos quanto magis vnda reclamat
ad littus,ſæuitq. fretis plangentibus Auſter,
npauidi tanto magis æquora nota tenemus,
iue hieme in media,ſeu quum Canis æſtifer alto
e tollit cælo,& rapidis coquit æquora flammis.
Oceani tota Nautes notiſſimus vnda,
m ſenior,ſeſe pelagi non ſæpe periclis
ctatum,aut Borea memorat,dum noxia ſeruat
dera,& errantes circum ſurgentia nubes
umina ſiderei Solis,quę ſigna licet ſint
ota ſatis,nonnulla tamen memorare iuuabit.
Nec minus aſtrorum ſeruabit nauita curſus,
uam bonus incuruo dum terram exercet aratro
gricola,& ſulcis vites,atq. ordea terræ
mmittit, cantuſq. auium non ſpernit, & ima
cultans in valle pecus:queis flamina,& imbres
ædicit:crateſq. domum,& iuga panda reducit,
minaq. & ſeſe tectis tenet:aſpera donec
ſæuit grando campis,atq. impetus Auſtri.
Ille mihi præcepta dabat pulcherrima Nautes.
primis Chorinee dies,duodenaq. ſerua
era, perpetuo cęli labentia curſu:
umq. Hædi,madidęq. Hyades ſe tempore condunt
utumni,quorum ſunt noxia ſidera ponto,
mboſoq. diem contriſtat ſidere ſurgens
ion,nautaſq. ſimul,ſimul abdita ſiluis
nbriferis ſtagna alta,ſimul quoq. & hiſpida turbat
nſtra maris,tumida & ſulcantes marmora puppes:
iadas ortuq. ſuo prædicere certum eſt
ignas tempeſtates,& fulgura ponto.
celeres aſtrorum ignes ſe tempore veris

Attollunt,

Attollunt, atq. Autumni ſe tempore condunt.
Vere nouo redeunt iterum, quum Taurus Olympo
Se tollit, tepidumq. aperit mortalibus annum,
Sol etiam quum ſe feſſum perfundit amaris
Fluctibus, & verſo pelagi ſub gurgite curſu
Oceani ſe tollit aquis, ſi lumine puro
Veſtit humum, cæliq. domos, & cærula ponti:
Totus erit ſine nube dies. ſi pallidus ora
Exoritur, vel ſi picea ſe nube recondit,
Vel nitido vultu geminos incluſerit orbes:
Aut pelago exoriens tenui ſe lumine tollit,
Aut radij inter ſe coeunt caligine, nubeſq.
Oppoſitas certant immiſſa erumpere luce:
Tunc paſſim ſaliet grando per tranſtra, foroſque,
Et tempeſtates Auſter glomerabit aquoſas.
Igneus at fulgor ſi lucida texerit ora,
Fruſtra contemnent ventos vada ſalſa furentes.
Namq. Aquilo fremitu aſſurgēs mare voluet, & vndas
Eriget ad cælum, reuolutaq. per freta puppes
In ſcopulos aget, aut violento in gurgite merget:
Et ratis euerſo fluitabunt fragmina ponto.
Si rutilæ Solem nubes, quum mergitur alto,
Circumſtant, circumq. citæ vaga lumina ludunt,
Aut illum a tergo comitabitur aurea nubes:
Expectent Nautæ Zephyros, & carbaſa tendant.
Ipſa etiam cælo exoriens te Luna docebit,
Tempore quo mare conueniat proſcindere nautis:
Nam ſeſe tollit quum primum Luna coruſcis
Cornibus, & late rubro nitet ore per altum
Aethera, & incedit recto per inania cornu,
Diſcordes magno confligent murmure venti.
Si vero nebulæ nigro infuſcatur amictu,

Poſt-

ſtquam ſe terno terris oſtenderit ortu,
ut hanc tergeminus nigranti nube coronat
rculus: aut tenui colluſtrat lampade noctem,
ruere conſpicies Euro maria alta furenti:
ratis infeſtos ruptis compagibus imbres
ccipiet, breuibuſq. vadis inflicta recumbet:
uta metu tumidis duplicabit vota ſub vndis.
Lucida quin etiam ventos prędicere nautis
tra ſolent: quum pacato diſcurrere cælo,
veluti volitare atra ſub nocte videntur.
era quum vero pallent: nec turbida lumen
ereum nubes hebetat, nec Luna coruſco
nine, ſed fulgent veluti perfuſa nitenti
npade ſurgentis Solis: tunc maximus imber
bibus effundet ſeſe: pluuiaq. madeſcent
baſa: & oppoſitas torrentia flumina moles
ncent, ſecumq. auulſis ſtirpibus alnos
vada ſalſa trahent: rupis ſe fornice condent
tores, mæſtiq. gregem, atq. armenta videbunt
nare turbatum ferri; nec ferre ſupremum
xilium miſeri poterunt. Si diſcolor Iris
paret cęlo, quam duplex occupat arcus,
tiat inſtantes pluuias. quin & mare ſubter
ditur longe tacitus fragor, adfore ventos
monet, & toto crepitabunt æquore nimbi.
i cælo niueæ (ceu lanę, vellera) nubes
rguntur, vel condenſæ facto agmine montes
cendunt, ruet Auſtrino de vertice largus
er aquæ, multa cum grandine: ſi iuga linquunt,
a, petuntq. cauas deuexo tramite valles,
cedent ſine nube dies, ſine turbine noctes.
uin etiam Delphin ſcindens placida æquora roſtro,
Obie-

Obiectanſq. cauo rigidum ſub gurgite dorſum,
Nimboſos hac parte notos vocat. Et ſua ſigna
Dant ponto æquoreæ volucres : nam marmora linquũ
Vicinumq. petunt littus, ſiccoq. reſidunt
Littore,& ingeminant querulas per littora voces,
Quum mare miſceri nimbis, aut flamine norunt.
   Tales ſunt pelagi nantes ſuper æquora mergi,
Et cornix, coruiq. gemunt quum marmora propter.
   Quin fulica expectat pennis bipatentibus imbres,
Aut tardo incedit greſſu, ceu triſtis arena :
Et fragor, & murmur reſonant nigra æquora ſubter.
   Sunt etiam paruæ Alcyones, quas cærula ſignis
Pluma notat rutilis, niueoq. aſperſa colore:
Hæ duro captant piſces ſuper æquora roſtro,
Lethiferamq. famem pellunt, & tempore brumę
Suſpendunt pelago (viſu mirabile) nidos:
Dumq. fouent natos, ponto non ingruit Auſter,
Non pluuiæ, maris vnda ſilet, ceu mitis in alta
Abdita valle palus: ſed maximus imminet imber,
Quum pandunt geminas in apricis cautibus alas:
Aut miſtæ fulicis clamant ad littoris vndam
   Tu vero memor hæc imis Chorinee reponas
Senſibus, ipſe altum quoties tentare biremi
Puppe paras, tumidiq. maris te offerre periclis.
   Quin etiam poſt pulſam hiemem ſolemnia Diuis
Sacra refer, quibus eſt nautis mos ferre ſalutem.
   Lydius hęc Periphas caro memorabat alumno,
Dum pelago ſæuiret hiems, atq. aſpera grando,
Nec ſeſe rapidis auderent credere ventis.

F I N I S.

N A V T I C A.

Orontes, Sergeſtus.

Vb veris tepidos Soles, quum Taurus Olympo
Se tollit, virideſq. comas nemus induit, & quum
it ab occaſu Zephyrus; deſuetaq. ponto
are vela vocat; pelagi nec territus horret
ta minas, ſed longa leui petit æquora cymba.
lit in Adriacos fluctus teli inſtar, & vnda
picua, & gelida, curſuq. breuiſſimus Acis,
ctuſq, toros riparum, & cornua cannis
itis, & arundinibus, muſcoq. virenti.
ris has oras Sergeſtus puppe legebat
nius: iuuenis quem ſic affatur Orontes;
atum a ventis qui nondum viderat æquor.
Dum lenes ſpirant auræ; facieſq. profundi,
eris, cęliq. inuitant tendere nautas
, nec vllo agimus per cærula remige puppem;
recor, opportuna habeant quæ tempora nautæ;
rabibus freta ſalſa ſecant, vel fortibus alnis.
edens tranſtris, inquit, dum cærula currunt.
c, quæ conueniant verrentibus ęquora Nautis
pora, nil certum eſt nobis: namq. ilicet Auſtri
llunt ſublime rates: nec ſurgere contra
orum attoniti ſtrepitu; pelagiq. fragore
cimus: teneat campos in luce liquentes
nuis clara dies, nec aquoſi ſidera Piſcis
gro attollant cęlo; pluuiaſq. minentur:
cile eſt pelagi inſidias vitare, doloſq.
ato ne fide mari; vaga flabra, faceſq.

Noctiuagas cæli, ventoſaq. murmura ſerua:
Et parce infidis vltro te credere ventis.
Vere nouo magis ipſa tamen timidi ęquora nautæ
Ire per ampla ſolent: flauos adit ille Britannos:
Hic legit Adriacoſq. ſinus, Tyrrhenaq. ponti
Littora; & ad Ligurum flectit caua lintea ſedes:
Atq. alius merces ſecum vehit, & petit vrbem
Per maria alta Rhodon; ponti ſecurus, & Auſtri:
Alter Idumæas proram conuertit ad oras,
Et prorę imponit veteri de more coronas
Floribus intextas varijs: it per mare puppis
Purpureum: & pandit Zephyris ſpirantibus altas
Antemnarum alas: rapidoq. per ęquora curſu
Non aliter volat, ac liquidum per inane volucris.
Non alio inſtructas deducit in æquora claſſes
Tempore nauta Ligur: quam quum ſeſe induit arbos
In florem, veſtitq. nouo ſe gramine tellus,
Quum Taurus cælo rutilat: ſecumq. reducit
Optatos nautis Zephyros, pelagoq. quietem.
Nonne vides, maris vt facies ſit Vere tepenti
Lætior: & cæli paſſim ſit purior aura?
Vtq. caput tollat placata per ęquora Delphin,
Atq. cateruatim molles fera monſtra per æquor
Deducant choreas? tunc non ratis vlla tenebit
Fluminis, aut ripam, aut patrios me iudice portus.
Soluere vela etiam pulſo iam Vere licebit:
Tutior ipſe tamen condet ſe nauita portu,
Quum canis arua coquit: pelago quum flamina ceſſa
Et calor aerius nautarum corpora ſoluit.
Quin æſtate rates inuadit barbarus Afer,
Raptor & Euboicus: qui ſtrata per æquora currunt

At

q. tenent porti vada læta, alacreſq. profundum
ruolitant: ineuntq. novas per marmora pugnas:
[illegible] magis mare ſollicitant; & quum legit [illegible]
ſticus, æratis proſcindunt æquora roſtris.
ula vela ferunt malo ſuſpenſa [illegible]
rcæi, Careſq. dolo: pinguntq. [illegible]
uleo antemnam, malum funeſq. [illegible]
n. etiam ſe cæruleo velamine velant:
q. impreuiſo vexant ſub Sole [illegible]
m color hic pelago eſt ſimilis, cæloq. ſereno;
nere nec puppim facile eſt procul alta ſecantem;
c certum natet an pinus: vel ſit [illegible] vnda.
Autumno veniente, rubent dum poma, [illegible]q.
tica purpureos in aprico [illegible] racemos;
canis Erigones, & lux æſtiua rece[illegible]:
baſa tunc tendant Zephyri, ſignis [illegible]
ſurgant Hyades cælo, mare [illegible]
oris extremas hiberno verberet [illegible]
Vela ſub Autumnum [illegible]
berio, Ligur Auſonia de ſtirpe Colum[illegible]
nauit ternaſq. rates, & [illegible]
tempeſtate ignotum [illegible]
inquebant olim veteres [illegible]
liquidum currebat [illegible]
more: ſed patrios portus [illegible]
glacie frenaret [illegible]
niua, montanoſq. lacus, poſt [illegible]
bus, & tegeret [illegible]
quis nunc rapidum Boream? turba[illegible]
mora? ſurgentiſq. hiemem timet [illegible]
miſeri, quos talis habet [illegible]

Impauidus ſubigit remis, ſed pulſus ab Auſtro
In ſcopulos moritur medijs infletus in vndis.
Et qui non ſurgente Noto; quum Pleias alto
Exoritur cælo; vel quum maris ęſtuat æquor,
Nauigat, aut motos horret ſub marmore fluctus:
Hunc Nautæ ignarumq. vocant, timidumq. nec vn
Ionij maris aſſuetum, nec Syrtibus vllis.
Nec te adeo moueant tot crebra pericula ponti,
Nec madidus veniens Libycis de partibus Auſter.
Annoſam vagus ętatem nam nauita viuit;
Nec longo languet morbo. licet vnda clientum
Non adſit, dulceſq. epulas, atq. aurea menſis
Pocula non ponant virgata in veſte miniſtri.
Nec myrrham caſia, atq. apio longæuus Iapis
Miſceat; & lapſum compeſcat ad oſſa dolorem.
Non rumpit placidos Nautis cura anxia ſomnos:
Illum non litui, non terror turbidus vrget:
Non patrio aduentare procul de vertice tecti
Proſpicit armatas ad mœnia cara phalanges:
Sed pelagi immenſos tractus metitur: & vrbes
Littoreas, portuſq. videt: partemq. peragrat
Oceani, atq. alio gentes ſub Sole repoſtas:
Gaudet & inuentis Cancri ſub ſidere regnis.
Fert & ad Auſonios, & regna Aegyptia merces
Quas Cubæ, quas Cannibalum deuexit ab oris:
Oraq. & ignotos habitus miratur, & arma
Bellantum; & penitus diuerſa animalia noſtris:
Quæ lacubus, pelagoq. natant: quæq. abdita ſiluis
Luſtra colunt: & quę volitant per inania cæli.
Sæpe & ad Eoas gentes, & ad æquora, qua Sol
Occidit; aut Boreę qua ſpirat flatus ab alto

Vert

:ice,& oppoſitum Lybiæ defertur ad axem
iratq .animam non gemmas inter, & auri
dera:ſed natos inter, & amata nepotum
ora, amicorumq. manus tenet,improba donec
s tacito pede ſubrepat,ſomnoq. reſoluat
erno annexos iam laſſi corporis artus.
empora dum ſenior pelagi ſecura referre
ſequitur,queis nauigio puer æquora poſſet
ere,& optato tandem conſiſtere portu:
extra aerij proſpexit ſaxa Pelori,
atrios longe montes:finemq. loquendi
dedit. Socij procuruæ puppis habenas
ectunt proramq. optata ad littora vertunt:
m iam nox vmbra terras,cælumq. teneret.

Ad Nicolaum Florentium Belgam.

Lorenti ingenuas artes edocte, ſcienſq.
Multarum rerum,& prudens cognoſcere vultus
tos lapide è Pario fuluoue metallo;
riſci populos Latij,& mutata locorum
ina. Florenti te pagina noſtra ſalutat,
emq. vocat:licuit cui viuere vitam
rum Granuelani ſub Principis vmbra.

A C O N.

De geſtis Caroli Quinti.

LYdia quæ candore niues, & cana liguſtra,
Et ſocias cantu vincis, & ore tuas.
Has violas, hæc miſta croco ſerpilla rubenti,
Et quas decerpſit Sole oriente roſas,
Ille tuus tibi mittit Acon, quem ſæpe canentem
Mirata es rapidis, qua natat Iſter aquis.
Qua viridi ſylua alta coma ſtagnantia tangit
Flumina, noſtra petas rura, nouumq. larem.
Pulchra aderit comitata choro Plautilla ſororum,
Quæq. colunt montes, flumina quæq. tenent:
Erigone noua nupta aderit cum coniuge Mopſo,
Flauaq. Lampetie, Demoloontis amor.
Illa etenim reſidens antro, qua delitet vnda,
Flore coronabat verſicolore locum.
Et nunc chryſolithis ornabat colla, lacertoſq.
Ornabat gemma nunc viridante comas.
Cydippe forma inſignis nunc pingit ad vndam
Lactea miſta roſis lilia ſanguineis.
Nunç nectit Domino texenda in ſerta colores,
Nunc Domini aduentu læta reuiſit aquas.
Diſponit niueas miro nunc ordine conchas,
Spargit & Eois atria çoraliјs.
Pendebunt agris opera interrupta, nec vllus
Merſabit puro flumine paſtor oues.
Inſtituet certos vicina ad flumina ludos
Cum Numitore Ligur Thyrſis, & Eurymedon:
Certabitq. pedum curſu Mauruſius Acmon:
Emittet calamos ad loca certa Pharon.

Stab

it aper precium palmæ iuga Rhetica propter
aptus, & horriſono turbidus ore fremet.
ibunt hirci caueę prope limina ſeptem,
rondibus incincti cornua pampineis.
us erit domini menſis aſſuetus, & intra
larmoreas ſomnum carpere nocte fores.
etiam gemini Ptereræ de ſtirpe Moloſſi:
ic tauros morſu ſiſtit, at alter apros.
ngens tabula ingenti pendebit ab vlmo,
ua tu conſpicies Cæſaris arma tui:
non magnanimo victos à Cæſare reges:
ddditaq. imperio clara trophæa ducum.
fugam verſos Hiſpano à milite Turcas,
iſcenteſq. feros prælia cęde viros.
cies vrbem longa obſidione leuari,
ebethus liquidis qua petit ęquor aquis.
ctaſq. arces Morinum, vicinaq. circum
ppida, pugnaci captaq. ſigna manu.
umq. atro fœdatum ſanguine ripas,
captos Albis flumina ad alta duces.
os habitus. atq. arma ignota videbis,
enorumq. oculis agmina nigra leges.
mantis propior Solis quos inficit ignis,
a non claudit hiems florea rura gelu.
is & puppes pelagi dominarier vndis,
multa Leptin obſidione premi.
re erit Nomadum turmas, atq. horrida caſtra
ſaris, & Libycum per mare mille rates.
quit Delphin portus & ludit in vndis,
tque agitant phocæ per freta lenta choros.

A C O N-

Reſpicit, & libycum per mare monſtrat iter
Proſilit æquoreis ponti ſulcator ab antris,
Veliuolum pelagi ſternit & omne ſolum.
Inuehitur curru Carolus ſublimis eburno,
Et parta ante pedes plurima ſceptra gerit,
Parte alia de more refert ſolennia ſacra,
Et ſupplex multa cum prece templa tenet.

FINIS.

AD LECTOREM.

IN hac noui orbis deſcriptione Petrũ Martyrem Angleriam Mediolanenſem ſum ſecutus : is enim cum Mediolani Ducis ad Fernandum Aragonum Regem , & Reginam Iſabelam legatus eſſet , ſe cum Chriſtophoro Columbo ollocutum in ſuis decadibus teſtatur : in quibus uſquam morbi Gallici meminit , cum alij qui de a re ſcripſerunt, eam contagionem ſecundi Coumbi nauigatione in Hiſpaniam primum , mox Neapolim, quo tempore Conſaluus Ferrandus Cor lubenſis exercitum in Italiam Ferdinandi iunioris egis Neapolitani ſubſidio traiecit,aduectam Gallo um exercitum inuaſiſſe tradant, vnde Gallici mori nomen ab Italis accepit , Galli autem ipſi Neapoitanum appellant, quod ipſe attigiſſem , niſi me Hieronymi Fracaſtorij Veronenſis (ſui vero tempois,& magni inter Poetas nominis) Siphylis retardaſet. Qui tamen (niſi me memoriafallit) cum morum non à nouo orbe aduectum: ſed à cæli conuerione ortum, illum item interiturum, rurſuſq. excitatum iri affirmat. id quod Fernandus etiam Coumbi filius prodidit, quæ , nequis meam hac in re diligentiam requirat, volui adſcribere.

INDEX

INDEX

LIBRORVM NAVIGATIONIS Chriſtophori Columbi.

A

ADAMANA tellus 57
Aeſtatis deſcriptio 66
Alcyones vbi nidos condant 111
Ales habens quattuor alas noctu fulgentes, vt faces 87
Animalia noxia vbi non ſint. 80. & 82.
Aqua fluens ex arboris folijs pro omnium vſu 33
Aqua iuueneſcere faciens 87 & 88.
Aquarum calidarum flumen. pag. 49
Arbor letalis, & ex ea remedium 80
Arbor cucurbitas producẽs, & earum vſus. 76
Arboreis folijs tegere qui ſe ſoleant 100
Arma ex palma fieri ſolita. 32
Aſia a Mongallis domita. 14
Atibunicus fluuius 73
Aucupij genus mirum 75
Auroræ deſcriptio ibid.
Auri copia, & effodiendi mos 13. 14. 15. 47. 74. 84. 94. & 100.
Ayay Cannibalorũ ædes. 38

B

BAhua fluuius ſalſus
Beragua fluuius 100. &
Bouca inſula
Boucæ fontis uis
Brixiæ laus
Burichennæ terrę deſcripti
pag.

C

CAdauera ſeruandi mos.
Cadauera plebis in ſilu
condi ſolita ibi
Canaria inſula fortunata.
Canes nunquam latrantes
21. 38 & 39.
Cannibalorum regio, & inſu
la 33. 37. & 3
Cannibali feroces, celeres
36. & 81. intrepidi, & bell
coſi 39. & eorum habitatio
nes 37. & 38. imperij ſede
pag. 3
Cannibali humana carne v
ſcuntur 35. & 8
Caunoboa Rex oppidi Sanc
Thomæ 59. ad Columbu
deducitur 6
Cemes dij appellati 27. pro S
le, & Luna adorati 8
Cemes quid ſuis de noſtri
prædixerint 44. & 10

Cerabo

ɔora gens 100
ɔpiteci cũ apro pugna 97
ɔarum inſulæ pars 98
ıi terra quibus abundet
x 86
ıgo tellus, & eius de-
ɔtio 15
ı qualia apud nos, vbi
95
mbi geſta, & laudes.
ı.& 18
mbus cur incognita lo-
enetrare tentauerit. 12.
ı6
mbi ſocij 16
bo comes minatur mor-
16
mbus ternas rates à Fer
do Rege obtinet. 16.na-
nſtaurat 68
mbi ad ſocios allocutio
ıd Guacanarillum Regẽ
& 43. ad Ferdinandum
em 30
mbus milites Guacana-
commendat 28
mbus, & ſocij è cælo de
diſſe creduntur. 52
mbi, & eius fratris geſta.
88
mbus, & frater vincti in
ɔaniam ducuntur 89
mbi precatio, & votum
)eum, & Beatam Virgi-
17.25 55.66.90 & 105
iarum actio 19.& 27.vo-
rſolutio 30.& 92

Columbus piſcandi artem do
cet 75
Columbus duos Reges in Hi-
ſpaniã ducit 94. duos ex Qui
curi hominibus 96. decem ex
Quiquciæ 35
Communia vbi ſint omnia 82
Conchilia multa in mari Cu-
bæ 54
Corlanus Columbi miles 46
Cotoi terra auri ferax 74
Crocodili quot, & quales 49.
95 & 101
Cubæ portus 48
Cubæ & Quiqueiæ mores.
ijdem 49.& 56
Cubigar fluuius 100
Curiana tellus 72

D

DEſcriptio diei 50. auroræ
103. noctis & Veſperis
10. 38. & 102. Veris 11. &
16. æſtatis 66. auræ 103 auiũ
plurimarum 22. Orbis 12. tor
menti militaris 57. & 68. Si-
mij 71. Virginis 24
Delphinus quid præſignet na
uigantibus 111
Deus vnus quando, & à qui-
bus nouis gentibus prędica-
tus 105
Didacus Mendez interpres.
54. eius laus 104. reditus ad
Columbum 106
Didacus, & Fliſcus ad Hayti
littora mittuntur 104

Draconis ora quæ appellata pag. 70
Duraba fluuius 102

E

ELectrum apud Quiqueiam quale 75
Enſes ex palma fieri ſoliti 15
Eripanus fluuius 15
Europæ quorundam procerũ origo ibid.

F

FArris genus 86
Ferdinandus Rex tres Columbo naues concedit 16
Ferrum vbi non ſit 32
Ferri loco quid ſit in vſu 84
Flumen Eridanus 15. Atibunicus, Iauhe, Iunna, Naiba 73. Bahua. 78. Beraguam 100 & 101. Hiebra 100. & 101 Iamiroe 74. Zabora 100
Fluminis naturu mirabilis 95
Flumina piſcibus & teſtudinibus abundantia ibid.
Fontis aqua inueneſcere faciens 88
Fontes mira natura 74
Fontes in fundo ſalſi, ſupra dulces 78
Fructus apud Quiriquitanos quot & quales 94

G

GAdes verſus Colũbus Guigat 16 inde diſcedit
Gorgani ſcopuli
Gemmarum copia. 13. 14. &
Gentes nudæ incedentes 69. 84. 93. 98. 99. 100. 1 & 105.
Goſsipium quid ſit, quale vbi 36. &
Grana tingẽdis veſtibus a pag.
Graues apud Cubam
Guacanarillus ad Columb ducitur
Guacanarillo milites comm dantur
Guacanarillus Xamanæ a excidium narrat
Guacanarilli cum alijs Re bus pugna narratur
Guaicanus piſcis apud Q queiam, & Cubam qualis & quomodo capiatur
Guananais vrbis, & inſulæ ſcriptio
Guananais gentis mores forma
Guarionexus Rex, & eius tio 27. &
Guarionexius à Columbi tre victus
Guarionexij tellus quàm f lis.
Guinea auri, & gemmar ferax

H

Aeres quis inſtitui ſolitus 83
tilia ex palma fiunt 94
yti ad littora Columbi fra mittitur 105. quid ibi fecit 88
yti auro abundans 57
oum cadauera ſiccantur. g. 98
ura arbor cucurbitas procens 76.85.& 101
edas,& Corlanus Colum nilites 46
nines albis veſtibus ini 53
nines pingi ſoliti 100. &

I

che fluuius 73
naicæ inſulæ deſcriptio 47
icæ mons, & horti lætiſi 48
oe flumen, & eius curſub mare 74
ines Cemium duo 87
a ferrea vna ex fortuna- 33
llæ Reginæ in Column beneficentia & honor. 89
liæ deſcriptio 14

L

LAcus ſubter mare in aliud mare tranſiens 87
Lunę eclypſis occaſione quid fecerit Columbus 105
Luſitani quæ loca inuenerint, & fundauerint 13
Luxanus apud Cibauum labruſcæ racemos inuenit 84

M

MAdanina inſula 38.& 61
Maderæ littus 65
Magnetis in pyxide effectus pag. 18
Maguana terra,& eius deſcriptio 78
Manacapana tellus 72
Maitium quid, qnale, & vbi naſcatur 47.86.92.& 101.
Margarita inſula à Columbo quæ appellata 70
Mare album ad inſtar lactis, ſen farinæ 52
Mare plenum herbis, cum ſeminibus 73
Mariæ Virgini precatio,& votũ à Columbo facta. 17.& 66
Melchior ad Guacanarilli ædes mittitur 45
Mendez terram nouam patefacit 68
Mira à ſe viſa Columbus recenſet 21
Moloſsi canes 21

Mundi creatio,& initiũ 12

N

NApi ſpecies iucca. 84
Nicolai s. portus deſcriptio 47.& 57.in eum Columbum ingreditur 57
Noctis & veſperis peſcriptio. 10.38.& 102

O

ORbis initiũ,& creatio 12
Orbis deſcriptio ibid.

P

PAllenſis portus 16
Palma apud Cubam 53
Parentum cadauera ſiccari ſolita 98
Paria tellus 71. ſinus 94. portus 95. eius gentis deſcriptio 71
Pauoni ſimilis ales apud Quiriquiranos 94
Pellei virtus in armis 13
Piſcis guaicanus quis, qualis ſit,& quomodo capiatur 50
Pleiades quid prædicent 109
Polari in ſtella quomodo iter à nauigãtibus agnoſcatur 18
Portus regalis 46. Quicuri. 98 S. Nicolai 47. & 57. Paries telluris 95
Potio ex fructibus fieri ſolita. pag. 85
Prata nunquam flores a
tentia
Precatio ad Deum,& be
Virginem 17. 20.25.55
90 & 105
Pſitaccus qualis 22.

Q

QVanaſſæ ad littus
lumbus accedit
Quicuri portus 96.
Quicuri gentis natura,&
res
Quiqueiæ deſcriptio
Quiqueiæ gentis mores 4
& 81. ſimplicitas 81. ſupe
tio
Quiqueiæ Reges triginta
res habent
Quiqueiæ Regis mortui
ex vxoribus eodem ſe
dit tumulo
Quiqueiæ vxores nudæ i
dunt
Quiriquitanę regionis mo
& natura 92.

R

REgalis portus
Reges Quiqueiæ trig
habent vxores
Regum exequię & mos i
Rex obiens quem ſibi el
ſucceſſorem
Rex Burichennæ
Rodericus

Sag

S

Agittæ ex palma factæ 94
candia 15
ij deſcriptio 71

T

Aprobana inſula 15
Teneriffę inſula 17
mæ S. caſtrum 47
menta vulgo bombardę
. 99
arum vſus ad bellum 69

V

Er vbi fere perpetuum. pag. 79. & 92
Veris deſcriptio 11. 16. 47. & 90
Vites 93
Vua 53

X

XAguara regio 100
Xamana regio, & rex pag. 29

Z

ZAbara fluuius 100
Zauana terra 78
Zauanæ gentis mores, & natura 79

FINIS.

H581c
G188d